

AB  
154382

Süm seannus a grauſch  
weigſin.

HCVT

Leſt und holt zum dings  
anſtalt's arbeit gemaſt

Boſmann ſeue

Umn

Obere Aufl. Wies

Lindauer'sches

88

81

27

gerinn

Wohlhabend  
gesammt

1891

Johannes Pottger

Emmendorff

22

Eger Buchdruckerei

1938



AB 154382

Ita nō adūscit occasiā dñm salutat' oct̄mas. Simchón' H. 1772

DE CIVI-  
LITATE MORVM  
puerilium per D. Eras-  
mum Roterodamum libellus,  
ab autore recognitus &  
nouis scholijs illustrat<sup>9</sup>,  
per Gisbertum Lon-  
goliū Ultra traie-  
ctinum.

LIPSIAE PER NI-  
colaum Fabrum.

Anno M. D. XXXII.



GISBERTVS LONGOLIVS IVSTO  
et Christophoro fraterculis s.



Vm ego vobis mon  
rem gerens fratres suauissimi.  
et uestris præcibus ( quæ plu  
rimum sane apud me possunt )  
plus æquo indulgens, χόλιον  
qualecumq; in libellum de Ci  
uitate morum paro, uideris  
quantum nominis mei periculum faciam, quāq; copio  
sam calumniandi pleriq; materiā obijcam. Quid enim  
dicturi sunt, ubi cognouerint intempestiuam meam au  
daciā, in arenam istam descendisse, que nisi à uer  
satisimis in omni autorum genere magistris occupari  
soleat. Quām putaris nāso suspendent, quum adoles  
centulum me nōdum uiginti annos natū in hoc scriben  
di genere stylū exercere ausum fuisse, quod maturime  
ætatis iudicijg; uiris solum relinquitur, uiderint. Non  
dubium quim mox ex omnibus theatris, consentientibus  
manibus explodar. Stat tamen hactenus firmè apud me  
sententia, omnīū æmularū συγγρατα in fracto ani  
mo ferre, modo aliquis ex hoc libello usus ad uos per  
ueniat. Vos itaq; lubenti animo operā hāc breuibus his  
horis et uobis impensām suscipite. Et omnibus in hoc  
libello præscriptis animum formantes, ciuilem cū cuius  
uis ordinis hominibus cōuersandi consuetudinē à tene  
ris imbibite. Dispeream si quid unq honestius, aut am  
bilius studueritis. Valete. Coloniae Anno XXX.

Def. Eref

# DES• ERAS•

MVS ROTERODAMVS GE-  
neroſo cū primis & optimæ ſpe i pu-  
ro HENRICO à Burgun-  
dia ADOLPHI princi-  
pis veriani filio. S.



## I TER MAXI-

mum illum Paulum non  
piguit omnia fieri omni-  
bus, quo prodeſſe poſſet  
oībus, quanto minus ego  
grauari debeo iuuādē iu-  
uentutis amore ſubiīde  
repuerascere. Itaque quemadmodum pridē  
ad MAXIMILIANI à Burgundia  
fratris tui primam adolescentiā memet ac-  
commodaui, cū adolescentulorū formo lin-  
guā, ita nunc HENRICE ſuauſſime me  
ad tuam attempero pueritiā de puerorū mo-  
ribus præcepturus: nō quod tu hiſce præſcri-  
ptis magnopere egeas, primū ab incunabilis  
inter aulicos educatus, mox nactus Ioannē  
Crucium tam iſignem formāde rudiſ æta-  
tis artificē: aut quod oīa quæ præſcribemus  
A . 2 ad te.

## DE CIVILITATE.

ad te pertineāt, & ē principibus & principatui natū : sed vt libentius. Itæc aediscant oēs pueri, quod amplissimæ fortunæ, summæq; spei puero dicata sint. Nec enim mediocre calcar addet vniuersæ pubi, si conspexerint heroum liberos à primis statim annis dicari studijs, & in eodem cum ipsis stadio currero.

## SCHOLIA.

Civilitas  
morum.

**E**thicus est totus libellus de puerorum ingenuorum moribus, uirtutis incunabula, atque rudimenta docēs: ἐπέτοι, quod ab honesto (Cicerōe teste) non separatur, in omnibus actionibus seruandum præcipit. Est autem uel prima uirtutis et honestatis pars, tenere præcepta de moribus. Porrò cum & rustici & infeliciter educati, suos habeant mores, ciuilis uitæ consuetudo hic discenda proponitur, morumq; ciuitas uocari potest, quæ sic appellata est, quia ciues, hoc est, qui ciuitates habitant, ad humanitatē plerūq; & communem uiuendi cum honestate rationem rusticis exercitatores sunt. Vnde tam apud Græcos q; Latinos, ἀπὸ τὸ ἄσυνεχῆ πόλις, id est, ab urbs & ciuitas, ἀσυκός καὶ τολίτης, hoc est, urbanus & ciuilis dicta sunt. Extat passim exēpla apud autores, qui bus urbanorum ingenia nobis patefiūt, Eupolis uirū polypū, hoc est, ad omnem uitæ rationem accommodatū. τολίτηρι uocant.

ἄνθης τολίτης πωλύτους εἰς τὸ μηδότοιο.  
id est, uir ciuilis qui moribus est polypus. Et quia astutiores

## MORVM PVERILIVM.

viores sunt propter uaria hominū quibus cum conuer= santur ingenia, & negotiorum cōtagia, iactatur ille se narius apud Suidam.

οὐδὲν φέοντι δίκαιος ἀσυνόητος.

Id est, Nil cogitat æqui urbanus uir. Rursus qui in agris degunt, obruditatem male audiunt. Vnde illud uulga re, nec multū a proverbio dissidens, οὐδὲν εἰδεῖ γε οὐδὲν, Id est, nihil ex agro loqueris, hoc est, sordidū aut uulgare. Erga ciuitas morū a ciuibus dicta est. Si ter maximum.) Huius numeri adiectione, et Græci et Latini uehementer significationem dictionis augent, Ter maximus.

Τρὶς μέγιστος, Id est, ter maximus, uide proverb. Chilia. Ter. Omnia fieri omnibus) Argumētū est à maiori. Atq; hic locus omnibus indoctorum æmularum calumnijs (de quibus paulo post plura dicemus) iter precludit. Subinde repuerascere. Repuerascūt senes quūm turpiter atq; indecorē ad puerilia studia se deijicunt, atq; in his immodece occupantur, ueluti si philosophus disputet, cur à primū locum in ordine literarum habeat. Theologus ex numero epistolarum D. Pauli mysterium aliquod uenetur, sicq; in alijs. Sed senes qui ΒΥΛΗ ὡς μύθοισι τὸ γαῖς γεράς ἐσι γερόντος, ut apud Homerū Nestor, iuuentuti consulere student, nobis repuerascere uidebūtur? nullus opinor tam frigidicerebri erit, nisi planè σκαιότερος μενάχθ sit, qui id confiteri ausit. Fuere tamen quorum ineptā & loquacē temeritatē hic præterire non possum, qui bus incomparabilis hic puerorū thesaurus quū primū

Repuerascere.

A 3 editus

## DE CIVILITATE

editus esset, ansam calumniandi autore dedit. Deum immortalem quo supercilio Erasmum grammaticum (nam Erasmus theologum dicere, apud eos, ueretur est, et capitulari censura dignum) pro consuetudine sua danarunt, iam apud omnes, inquit, euulgatum est, quod hactenus in homine latuit, o intempestiuam stultitiam, iam senex se ad pueros erudiendos denusit, nunc quasi Dionysius alter Corinthi omnibus illudendum se proposuit. Hec atque alia ομφανώτερα crepitabat ueteres isti. Liberet aut si liceret e sophis his querere, quodnam esse senum officium putent, an potare in multam noctem, amicā emere, κυβεύειν πολὺ, an iuuentutē formaret, amicos et rem publicam consilio prudentiaque iuuare? Crassi mediussidius iudices, ut ab omnibus bonis artibus, ita ab humanitate et cōmuni uita alienissimi, quos utinā senes repuerascere, et pueros resencescere uidemus. Sed bonos istos patres scapharum suppicio ter dignos à te commendemus, ne quispiam eos delirio detentos putet. Adolescentorum forma linguam.) Factum hoc in dialogo longe eruditissimo, de recta Latinī Græciisque sermonis pronunciatione. Est autē elegans usus in hoc sensu formare, pro instituere, Græcaque imitatio, Δίωρ καταχηματίσας τῶν παιδίων γλῶσσαν τολλίς μηδγαθοῖς παιδεύμασ εθανε, Id est, Dion formas puerorum linguā multis et bonis artibus obiit. Quintilianus: Ab illis quoque iam formandam quod optimis institutis mente infantium iudicat. Vergilius quoque de bobus.

Tu quoque

## MORVM PVERILEIVM.

Tu quos ad studium atq; usum formabis agricsterne  
Iam uitulos hortare.

Primū inter aulitos educatus.) Duo præcipua quæ ad  
fœlicitatem eruditionis & probitatis momentum ma-  
ximum sunt enumerat, primū educationis curam, quæ  
in nobilibus & ditionibus diligentissima esse solet, deinde  
de doctum nancisci pædagogum. His enim duobus con-  
temptis quis ignorat omnes artes superioribus seculis  
desciuisse à ueteri gloria, nō inopia hominum, sed de-  
sidia iuuentutis, et negligentia parentū, adde his inscitiā  
præcipientium & obliuionē moris antiqui. Quæ mala  
iam multos annos, orbē nostrū occupauere, emendātur      Veterum  
tamē nūc paulatim, redditurāq; breui speramus maiorū circa edu-  
cura educādos formādosq; liberos seueritatē atq; disci- cationem  
plinā. Doctè sanè Plutarchus ὁν τοι περὶ παιδῶν cura.  
Ἐγωχνος hac de re differit, ut apud Tacitum Messala,  
cuius quedā huc transcribere nō inutile lectoribus fo-  
re duxi, non quod hic omnia infarcire uelim, sed q; om-  
nibus notissima, quæ de veterum disciplina & educati-  
one dicuntur, esse cupiā. Est autem locus è dialogo de  
oratore: Iampridem suus cuiq; filius ex casta parēte na-  
tus nō in cella emptæ nutricis, sed gremio ac sinu ma-  
tris educabatur, cuius præcipua laus erat tueri domum  
& inseruire liberis. Eligebatur aut̄ aliqua maior natu  
propinqua cuius probatis spectatisq; moribus omnis cu-  
iusdam familie soboles committeretur, coram qua neq;  
dicere fas erat quod turpe dictu, neq; facere quod in-  
honestū factu uideretur. Ac nō studia moresq;, sed remis

A \* siones

## DE CIVILITATE

stiones etiam, lususq; puerorum sanctitate quadam, ac  
uerecundia temperabat. Sic Corneliam Gracchorū, sic  
Aureliam Cæsarī, sic Actiam Augusti matrē præfuisse  
educationibus, ac produxisse principes liberos acceptimus.  
Quæ disciplina ac seueritas eo pertinebat, ut  
syncera & integra & in nullis prauitatibus detorta  
uniustuiusq; natura toto statim pectore arriperet artes  
honestas, & siue ad rem militarem, siue ad iuris scien-  
tiam, siue ad eloquentiæ studiū inclinasset, id solum  
ageret, id uniuersum hauriret. Et paulo post: Ergo  
apud maiores nostros iuuenis ille, qui foro & eloquen-  
tie parabatur imbutus iam domesticā disciplinā, refer-  
tus honestis studijs deducebatur à patre uel à propin-  
quis ad cum oratorem qui principem locum in ciuitate  
tenebat, hunc sectari, hunc prosequi, huius omnibus  
dictionibus interesse, utq; sic dixerim pugnare in præ-  
lio disseret, magnos ex hoc usus, multū constantiæ, plu-  
rimū iudicij iuuenib; statim contingebat, in media  
luce studentibus, atq; inter ipsa discrimina, ubi nemo  
impunè stulte aliquid, aut contrarie dicit, quod & iu-  
dex respuat, & aduersarius exprobret, ipsi deniq; ad-  
uocati aspirentur: Hactenus Tacitus. Ab incunable.

Adagium est, explicatur in Chiliadibus. Calcar addet.)

Translatio est ab equo calcaribus instigato. Nec enim  
mediocre.) Hoc est, alterum illud contencionis genus  
quod tantopere commendatur ab Hesiodo uate:

Eἰς ἔτερον γὰς τίς τεῖδῶν ἐγγοιο χατίζον  
πλουσιον ὃς αὐεύσθη μὲν ἀγόμεναι οὐδὲ φυτευει

## MORVM PVERILIVM.

Οἶκοι τὸν θέατρον γηλοῖ δὲ τε γείτονα γείτον  
Εἰς ἀφενον τὸν αγαθὴν δέργισκε βρότοιστ

Quæ sic possent ad uerbum reddi.

Si quis egens operis ditem sudore madentem.

Vicinum aspiciens, εὶς arantē, aruumq; serentem,

Quiq; domum instaurat, sequitur fœlicia facta.

Vicini uicinus, εὶς hæc contentio frugi est.

Munus autem formandi pueritiam multis  
constat partibus, quarū sicuti prima, ita præ=  
cipua eit, vt tenellus animus imbibat pieta=  
tis seminaria; proxima, vt liberales discipli=  
nas & amet, & perdiscat: tertia est, vt ad vi=  
tę officia instruat: quarta est, vt à primis sta=  
tim qui rudimentis ciuitati morū assuescat.  
Hanc poitremam nunc mihi proprie sumpsi.  
Nam se superioribus quum alijs complures,  
tum nos quoque permulta conscripsimus.  
Quanquam autē externum illud corporis  
decorum ab animo bene cōposito proficiſ=  
citur, tamen incuria præceptorum nonnun=  
quam fieri videmus, vt hanc interim gratiā  
in probis & eruditis hominib⁹ desideremus.  
Nec infīcior hāc esse crassissimā philosophiæ  
partē, sed ea, vt sunt hodie mortaliū iudicia,  
plurimū conduceit & ad conciliandā beneuo=  
lentiā, & præclaras illas animi dotes oculis  
hominum commendandas. Decet autem vt  
homo totus sit compositus animo, corpore,

A 5 gesti=

## DE CIVILITATE

gestibus, ac vestitu: sed in primis pueros dicit omnis modestia, & in his præcipue nobiles. Pro nobilibus autē habendi sunt omnes, qui studijs liberalibus excolunt animū. Pingant alijs in clypeis suis leones, aquilas, tauros, & leopardos, plus habēt veræ nobilitatis, qui pro insignibus suis tot pñt imagines depingere, qd perdidicerūt artes liberales.

## SCHOLIA.

Munus autem.) Hactenus proœmium nunc ipsam rē aggreditur. Imbibat pietatis seminaria.) Hic insti-  
tuendi mos qui religionem spectat uetusissimus. Mo-  
nuit hoc quisquis autor est gnomici illius carminis, quod  
Pythagoræ, nomine circuns fertur. Et empedocles cum  
auditoribus physicen tradaret, deorum religionem pri-  
mum commendatam esse uoluit, autore Flutarcho, sic  
enim incipit carmen: περὶ τοῦ θεῖα μάθημα. Quanquam  
autem externum.) Videas quosdam optimæ indolis et  
sic satis bonis artibus instructos adolescentes, quorum  
si mores et suauem illā cum hominibus cōuersandi ra-  
tionem examines in medijs agris enutritos iurabis, uel  
quo præceptoribus hæc disciplina morum contemna-  
tur, uel quia ipsi (quales non paucos nouimus) immo-  
destissimi et ἀγροκόται sint. Notum est Leonide  
Alexandri præceptoris ex Quintilio ultium. Recte  
ergo Græci præceperunt in sententijs.  
τέλεια ματα μαθήνδει καὶ μαθόντα νόην ἔχει. Id est.  
Oportet adsint litteræ et prudentia. Et:

## MORVM PVERILIVM.

Ως οὐδὲν ἡ μάθησις ἀπὸ μηνῶν πάρει. Id est.

Vt nil scientia est prudentia sine.

Extat inter epistolas Budæi una, ad Draconem filium, qua docet, quam utilis sit morum literarumq; coniunctio. Pro nobilibus autem habendi.) Cœco uulgi iudicio omnis diues nobilis est, hacq; una ratione censetur rā nobilitas nobilitas, si uideant Thrasonem, chlamydem militarem frequentem adulatorum & canum turbam, atque id genus alia, que in Nigrino, generoso illi ex sacculo obiicit Lucianus. Melius Homerus, qui in animo nobilitatem esse docuit. Non enim (ut Plutarchus ait) ea que ad corpus & fortunam referuntur, admodum magno studio digna aestimari iudicauit, Siquidem cum magnates mutuo se salutantes & appellantes introducit, non diuites, non pulchros, non splendidè uestitos, non aurea torque spectabiles se compellare facit, sed bac egria appellatione utuntur.

Διόγενες λαερτιαδη τολυμίχαν οδυσσεύ. Id est.

Nate Iouis Laeritiade multifacie Vlysses. Et:

Εκτορ ἡ πρειόμοιοσθι μήτηρ δε τάλαντος. Id est.

Heus Hector Priami, par consilium dare diuis.

Optime sensit Menander, qui nobilitatem cum prudenteria coniunctam fœlicissimam iudicauit: citatur ciuius scenario à Plutarcho de auditione poetica.

Μακάρες οσις ουσίαν νοεῖνδην εχει. Id est.

Fœlix abundans æris & prudentiae.

Cuperem itaq; omnes illos qui nobilitate et diuitijs (hic naniq; ut basi nititur nobilitas) se ubiq; iactant, uirtutis

autem

## DE CIVILITATE.

autem ofores maximi sunt, illud Callimachi continenter in memoria habere.

Oὐκ ἀγερτότερος οὐδὲν πάντας αὐδίσας ἀπέξει. hōs  
Haud claros facient homines uirtutibus absq; (est.  
Diuitiae.

Nobilium Pingat alij in clypeis.) Vetusissimum hoc nobilitatis insignia. diciū est, ut passim uidere licet apud poetas, atq; à diis ipsis profectum. Pallas quo in bello formidabilius esset Gorgonis serpentigerū caput pro scuto circumferebat, Bacchi galea boū cornibus insignita erat. Mars et Hercules leonis exuuias induebat, Iouē cygni caput cū collo ornabat, quæ successoribus per manus tradita, nobilitatis, et quod ab heroibus nati essent, specimen dabant.

Vt ergo bene cōpositus pueri animus vndique reluceat, relucet autem potissimum in vultu, sint oculi placidi, verecundi, compositi, non torui, quod est truculentiae, non impobi quod est impudentiae, non vagi ac volubiles, quod est insaniæ, non limi, quod est suspiciosorum & insidias moliētium, nec immodice diducti, quod est stolidorū, nec subinde connuentibus genis ac palpebris, quod est inconstantium, nec stupentes, quod est attonitorum, id quod est in Socrate notatum, nec nimium acres, quod est iracundiae signū, non innuentes ac loquaces, quod est impudicitiae signum, sed animum sedatum ac reuerenter amicum præse ferentes.

## MORVM PVERILIVM.

Nec enim temere dictū est à priscis sapientibus, animi sedem esse in oculis. Picturæ quidem veteres nobis loquuntur, olim singularis cuiusdā modestiæ fuisse, semicclusis oculis obtueri, quemadmodum apud Hispanos quosdam, semipetos intueri blandū haberi videtur & amicum. Itidem ex picturis discimus, olim contractis strictisq; labijs esse, probitatis fuisse argumentū. Sed quod suapte natura decorum est, apud omnes decorū habebitur. Quanq; in his quoq; decet interdum nos fieri polypos, & ad regionis modum nosmet attemperare. Iam sunt quidam oculorum habitus, quos alijs alios addit natura, qui non cadunt sub nostras præceptiones, nisi quod incompositi gestus non raro viciant, non solum oculorum, verum etiam totius corporis habitū ac formam. Contra compositi, quod natura decorū est, reddunt decentius : quod vitiosum est, si non tollūt, certē tegūt, minuuntq;. Indecorum est clauso oculorum altero quēq; obtueri. Quid enim hoc aliud est, q; seipsum eluscare : Eum gestum thynnis ac fabris relinquamus.

## SCHOLIA.

Relucet aut̄ potissimū. ) Tametsi M. Tullius, uultū  
ſepe fallere, et Satyrographus fronti nō esse uidendū, Vultus anī= Martialis quoq;: Nolite fronti credere, quia eam nemo mi index.  
non fin=

## DE CIVILITATE.

non fingere potest, scripserint; optimum tamen et ue-  
rissimum animi testem & indicium esse, Biantis hoc mo-  
vere poterat, qui semper uultum hominis inspiciendum  
præcepit. Nec aliunde etiam Pythagoras ingenium au-  
ditorum explorare consuevit, ut autor est Gellius libro  
primo capite nono, sic enim ait: Iam à principio ado-  
lescentes qui se ad discendum obtulerant, ἐφύσιογνω-  
μονē. Id uerbum significat mores naturasq; hominum  
cōiectatione quadam, de oris uultusq; ingenio, deq; to-  
tius corporis filo, atq; habitu sciscitari. Ipse etiam Ci-  
cero in oratione contra Pisonem: Oculi inquit, super-  
cilia, frons, uultus deniq; totus, qui sermo quidam taci-  
tus mentis est, hic in fraudem homines impulit. Et Fa-  
bius sic de uultu sentit. Dominatur autem maxime uul-  
tus, hoc pendent homines, hunc intuentur, hunc spē-  
stant etiam antequam dicamus. Hic est sēpe pro omni-  
bus uerbis. Adde quod Comicus uultum hominis fingere  
scelus dicit. Non limis. ) Sic Chæca Terentianus uim  
uirgini inferens: Interea somnus uirginē opprimit, ego  
limis aspecto, Satine explorata sunt, video esse, pessu-  
lum ostio obdo, & cætera. Quo loco Donatus docet  
limis tueri esse dissimulantiū se uidere quod uident. Et  
pastor apud Vergilium dum infidias timet, transuersa  
Cōniuctes. tuetur hirquis. Gestus is etiā amantium est apud Theo-  
critum, οὐ μαστὸς λόγος & βλέποισα, de meretricula.  
Nec conniuentibus genis. ) Aristoteles libro de anima-  
libus autor est, homines qui cōniuent pperantius, ple-  
runque inconstantiores esse, rursus qui rigidius impu-  
dentiores

Limi oculi.

Cōniuctes.

## MORVM PVERILIVM.

dentiores. Nec stupentes.) Græci conniuere σκαρδα = Stupentes.  
μυκτηριαι σκαρδα μυκται dicunt, οτι ασκαρδα  
δα μυκται qui nihil connuent (Gellius inconnuent=tes transtulit) sed quasi affixis in rem quā aspiciūt oculis stupidi persistunt. Id in Socrate notat.) Autor est Gellius libro secundo capite primo: Starc, inquit, solius Socrates dicitur pertinaci statu perdius atq; pnox, stupidus. à summo lucis ortu ad solem alterum orientem incom- niens, immobilis ijsdem in uestigijs, οτι ore atq; oculis eundem in locum directis cogitabundus, tanq; quodam secessu mentis facto à corpore.

Nec nimūn acres.) Acres dici puto, quos in iratis flā Acres oculi grantes et ardentes vocant, quales irati Agamenonis li.

Illiad. α.

Μέν Θ δι μέγα φρένες ἀμφὶ μέλαναι.

Σίμπλωντοσε δὲ οἱ πυρὶ λαμπετόωντι εἰκτορ.

Irascentium siquidem flagrāt οτι emicant oculi, multus ore toto rubor, οτι aëstuans ab imis præcordijs sang Iratorum uis. Quod Ouidius apertius significauit in Arie: oculi.

Ora tument ira, nigrescunt sanguine uenæ.

Lumina Gorgoneo sauius angue micant.

Miror autem cur Horus Apollonius libro secūdo Hie= roglyphicōn hominem acribus oculis impudentem uocet, quem Aegyptij per ranam significant: ούτ Θ εἰ, inquit, αἴμα οὐκ ἔχει, εί μη ὅμονοις τοῖς ὄφθαλ= μοῖς, τους δὲ ἐκεῖ αἴμα ἔχοντας, ἀναδεῖξιαλ= σιμ, διὸ καὶ ὅποικτής, οἰνοβαρεῖς, κυνός ὅμματ= ἔχων, κράδικης δὲ ἐλαφοί. Hæc enim sanguinem non habet.

## DE CIVILITATE

Loquaces  
oculi.

Animus in  
oculis.

Peti.

habet, præterq; in oculis solis, quibus uero sanguis illuc est impudentes uocant, unde & poëta: Ebrie, canis oculos habens, cur uero cerui. Nec innuentes ac loquaces.) Loquaces nisi falsus sum: Gellius ludibundos uocat. Nam cum uocem eius infractā capillumq; arte cōpositum, & oculos ludibundos, atq; illecebræ uoluptatisq; plenos uideret, & cætera. Nec enim temere dixitum est.) Testis est Plinius libro undecimo capite. 36. Oculos unicolores nulli, cū candore omnibus medijsculo differentes. Neq; ulla maiora indicia cunctis animalibus, sed maxime hoī, id est, moderationis, clementiae, misericordiae, odij, amoris, tristitiae, letitiae. Cōtuit quoque multiformes, truces, torui, flagrantes, graves, transuersi, limi, summissi, blandi. Profecto in oculis animus inhabitat. Similiter Fabius libro undecimo capite tertio: Sed in ipso uultu plurimū ualent oculi per quos maxime animus emanat, & cætera. Quemadmodum apud Hispanos.) Gaudent Hispani multū paruis oculis, præcipue Lusitani, hinc quando supercilia arctius et inæqualiter præmunt petorū persimiles sunt. Dicuntur autem peti (ut inquit Auron) quorum oculi, huc atq; illuc uelociter uertuntur. Porphyrius petos appellandos censem, qui oculis parum sunt declinati. Alij petorum oculos tremulos esse uolunt, alijs alterū altero minorem. Hinc semipeti, qui cum quadam uenustate, oculos leniter declinando contorquent: uitium quidem sed non inamabile. Talibus nanq; oculis Venetorum & sculptam et pictā fuisse aiūt, unde etiā in priapeis petas

## MORVM PVERILIVM.

pecis pcta appellatur. Fieri polypos.) Vide Chiliades, polypi, et polypi mentem obtine. Iam sunt quidam oculorum habitus.) Alijs nāq; grandiores, alijs paruos, alijs mediocres, alijs nūmū prominentes, alijs cōditos, modice fitos alijs natura affinxit. Thynnis relin- quamus.) Thynni pisces uelociſſimi nomē habet παρεὶ Thynni. Σθύει p quod est cum impetu ferri, de his Plinius libro nono capite decimoquinto. Thynni dextra ripa intrāt, excunt lēua. Id accidere existimatur, quia dextro oculo plus cernūt, utroq; hebete natura. Volaterranus ex Athenaeo scribit Aeschylū et Aristotelē Thynno unum tantummodo oculum tribuere. Plura lege apud Eras- mū in adagio. Thynni more. Ac fabris.) Fabri omnesq; alij χειροτέχναι, cū rei alicuius rectitudinē metiūtur, alterū oculum claudunt, ne uagantibus ambobus, re- citudo cōturbetur. Hoc respexit Persius satyra prima:

Scit tendere uersum.

Non secus, ac si oculo rubricam dirigat uno.

Huc faciunt Proble. 2. et 3. sectio. 31. apud Aristotelē, cur uno oculo exquisitus cernatur.

Sint exorrecta supercilia, non adducta,  
quod est toruitatis nō sublata in altū, quod  
est arrogantiæ non in oculos depreßa, quod  
est male cogitantium.

## S C H O L I A.

Sint exorrecta supercilia.) Non arbitror ab hoc alienam Aristotelis lib. 1. cap. 9. de animalib. de super- cilio sententiā. Supercilia rectius porrecta mollitiē ani-

B mi, se

## DE CIVILITATE

vū, secundum nares inflexa austritatem non sine acerbitate, secundū uero tempora dissimulatorem animi considerisorem, & omnino demissa inuidentē significant. Non suclata.) Pli. lib. II. ca. 36. in supercilijs fastus superbiæq; cōceptaculum inesse testatur. Plura in Chiliad. Attollere supercilium.

Frons item hilaris & explanata, mentem sibi bene conscientiam, & ingenii liberale præse ferēs, non in rugas contracta, quod est seniū: non mobilis, quod est erinaciorum: non torua, quod est taurorum.

### SCHOLIA.

Contracta  
frons.

Frōs itē hilaris.) Nobilis est sententia ueterū sophorū, quam Maudarensis philosophus refert, liberū scilicet hominē, et qui magnificus censi cūrēt, debere si queat in primori fronte animum gestare. Et explanata.) Hilaritatis signum est frons exorrecta, ut tristitia. cōtracta. Iuuena.

Scire uelint quare totiens mīhi Neuole tristis.  
Ocurras fronte contracta.

Amphis quoque comicus apud Laertium.

ῷε δουθένοιδα, πλὴν σκυθεωπάζειν μονομ,  
ῶστερ κοχλίας, σέμνη Θεός, ἐπικριώς τὰς ὄφεν.  
Id est. Ut nihil aliud nosti, q̄ tristem esse solū. Instar cochliæ cogitatibus contracta fronte. Aristophanes in Lysistrata τοξοποιῆρ τὰς ὄφεν dixit, metaphorā sumpta ab arcubus, quos cū intendimus incuruamus et quasi corrugamus, μή σκυθεωπάζω τέκνομου γε

## MORVM PVERILIVM.

πρέπει τοξοποιῆι τὰς ὄφεις. Ne sis tristis nate  
Indecorū tibi est corrugare frontem. Quod est senij.)  
Hinc à poëtis senectus rugosa appellatur. Non modi- **Erinacius**.  
lis quod est.) Erinacius à Græcis ἔχινος appellatur,  
hic inter omnia animalia solus frontem mobilem habet,  
uallatus undiq; spinosis aculeis est. Plinius huius anima-  
lis calliditatem in uenando cibo mirabilem prodit, etc-  
nim uolutatus supra poma iacentia spinis affixa, unum  
non amplius tenens portat in cauernas arborum. Idem  
testatur epigramma illud incerti autoris.

Κώμαυλος τὸν ἔχινον οὐδὲν τῷ ψάθα φέγοντας  
πάχας ἀπέκτενεν τῷ δὲ ψάθῃ θόλοπέδῳ,  
Rusticus intuitus dorso uectare racemos.

Mox propè torcular cædit erinacium.

Est & piscis marinus hoc nomine. Quod est taurorū.)  
Magni nominis grāmatici taurū à toruitate frontis di-  
ctum uolunt, sed reclamat ταῦρος. Græca uox, me-  
lius qui à tauro toruitatem & toruum declinant, sed  
hoc οὐδὲν πρός σιόνυσος.

A naribus absit mucoris purulētia, quod  
est sordidorum. Id quoque vitiū Socrati phi-  
losopho datū ē pbro. Pileo aut ueste emūgi  
rusticanū, brachio cubitōue falsamentari-  
orum, nec multo ciuilius id manu fieri, si mox  
pituitam vesti illinas. Strophiolis excipere  
narium recrementa decorum, idque paulis-  
per auerso corpore, si qui adsint honoratio-  
res. Si quid in solum deiectum est emuncto

B 2 duobus

DE CIVILITATE

duobus digitis naso, mox pede proterendū est. Indecorum est subinde cum sonitu spirare naribus, bilis id indicium est. Turpis etiā ducere ronchos, quod est furiosorum, si modo fiat vsu. Nam spiritosis qui laborant orthopnœa, danda est venia. Ridiculum naribus vocem emittere, nam id cornicinum est & elephantorum. Crispate nasum, irrigorum est & sannionum. Si alijs presentibus incidat sternutatio, ciuile est corpus auertere. Mox ubi se remiserit impetus, signare os crucis imagine, dein sublato pileo resalutatis qui vel salutarunt, vel salutare debuerant, nam sternutatio quemadmodū oscitatio sensum aurium prorsus auferr, præcari veniam, aut agere gratias. Alterum in sternutamento salutare religiosum, & si plures adsint natu māiores qui salutant virum aut fœminā honorablem, pueri est aperire caput. Porro vocis tinnitū studio intendere, aut data opera sternutamentū iterare, mimirū ad viriū ostentationem, nugonum est. Reprimere sonitū quem natura fert, ineptorū est, qui plus tribuunt ciuitati quam saluti.

SCHOLIA.

Socrates  
meucosus.

Socrati datū est probro.) Thrasymachus apud Platonem libro de republica primo. Socrati stupore obiciens, optat illi nutricem, quæ narcs illius extergeat.

## MORVM PVERILIVM.

ὭΤΙΣΕ ΞΦΗ ΚΟΡΙΖΩΝΤΑ ΠΕΡΙΟΦῆ, Ή ΟΥΚ ΑΤΟΜΟΥΠΑ  
ΘΕΟΜΕΝΟΥ ΔΙΥΤ. **Quia** te, inquit, muco oppletum non  
animaduertit, nec emungit cum tamen ea indiges. Ve=rum hoc uitij non à natura erat, sed maxima sibi pati=entia conciliauerat, ut qui in acutissimo gelu, ετ prui=na glaciæq; albicante, nudis pedibus, aperto capite, ετ quotidiano uestitui nihil accedente glaciem premeret.  
**Quod** illi ετ ab Aristophane obijcitur in nubibus. κα=νηπόδιτ ουκα τολλαχέχει. Id est. Et discal=ciatus mala multa tolerat. Salsamentariorum.) In Chi=liadibus Erasmus prouerbium. Cubito se emungere, à **Salsamenta** salsamentarijs ductum docet, quibus mos est nariū mu=cum digito abstergere, nimirū manibus muria, ετ sal=fugine oppletis. Pituitam uesti illinas. ) Inter mucum ετ pituitā parum differentiae est, nisi quod mucū cras=Mucus Pi=siores, pituitam fluidas magis sordes interpretantur. tuita.  
Catullus poēta in epigrammate ad Furium discernit ea, atq; inter præcipuas munditias retulit, si absint su=dor ετ salina.

Muccusq; ετ mala pituita nasi.  
Græci modo μύζαρ, modo κόξυλαν ε frigore destil=lan tem in nares humorem appellant, ε αμυξον ho=minem mundas narces habentem, ατομούξιον contra, sordidum. Stropholis excipere.) Strophium et siro=phiolum, sudarium ε sudariolum, linteum ε linteolum confundunt pañim Latini scriptores, pro eo quod Græcis dicitur, καψιδρώτιον, apud Hesychium κα=ψιδρόκιον habetur non sine menda. Σφόφιον autem καψιδρώτιον.

## DE CIVILITATE.

ut indicant meliora Græcorū lexica, tinguili genus est.  
Cum sonitu spirare naribus.) Et in naribus iracundiæ  
indicia esse Persiano illo probari poterit. Ira et adat na=  
so rugosaq; sanna. Animalia uehementer spirantia irā  
concepisse, quotidiano experimento discimus. Et Poē=  
ta de equo classicum audiente.

Stare loco nescit, micat auribus et tremuit artus,  
Collectumq; premens, uoluit sub naribus ignem.

Vide plura in hanc sententiam apud Erasmus in Chi=  
liadibus; Fames et mora, bilem in nasum cōciunt. Si  
modo fiat usu.) Nam stertentibus condonanda uenia.

Ronchus. Ronchus autem uerbale est φέρχω, quod est inter dor=  
miendum uocem emitto. Martialis libro tertio.

Nos occubamus, et silentium ronchis.

Præstare iussi nutibus propinamus.

Spiritosi. Spiritosi sunt qui ob facultates naturales le=  
sas, frequentes trahunt spiritus, uocantur et suspiriosi,

Orthopnoea. Orthopnoea autem species est suspirij, quum nisi recta ceruice, maximaq; dif=  
ficultate spiritus trahitur, ab ὄρθον quod erectum sig=  
nificat, et τενεαν spirare. Cornicinum est) Siquidem  
qui cornu canunt, buccis cornu occupatis, spiritum  
per nares ducere coguntur. Et elephantorum.) Autore  
Plinio libro undecimo capite quinquagesimo : Elephas  
circa nares ore ipso sternutamento similem elidit sonū.  
per nares autem tubarū raucitati. Alibi idem autor ele  
phantū proboscide spirare prodidit, quam ipse manum  
uocat. Mandūt ore, inquit, spirant et bibunt, odorā=  
turq; haud

## MORVM PVERILIVM.

curq; haud imp̄prie appellata manu. Crispate nasum.) Crispate nasum apud Apuleiū est Horatius corrugare nasum, dixit, pro eo quod Græci μηκτυζεῖσιν in eodem sensu dicunt, Persius hinc rugosam fannam finxit. Quod autem naribus quempiam deridere possumus lege proverbum, Naso suspendere. Sensum auriū prorsus auferre.) In sternutatione cōmouentur et pertubātur organa aurium, sonitus quoq; maior est quā quam audiatur. In oscitatione maxillæ diductæ auditum comprehendunt. Lege Aristotelem Problemate uigesimo nono, et quadragesimo quarto sectione undécima. Alterum in sternutamento.) Plinius libro octavo capite secundo, quo loco disquirit, num in medendo sit aliqua uis uerborum, inter alia etiā querit, cur sternutantes salutamus? Et mox adiicit: Aliquis nomine quoque consalutare religiosius uideri.

Malas tingat nativus & ingenuus pudor,  
nō fucus aut ascititus color. Quanq; is quoq; pudor sic temperandus est, vt nec vertatur in improbitatem, nec adducat συσωπίαν  
aut stuporem, & quartum, vt habet proverbum, insaniæ gradū. Quibusdam enim hic affectus tam impotēs insitus est, vt reddat de liranti simillimū. Temperatur hoc malū, si puer inter maiores assuescat viuere, & co mœdijs agendis exerceatur. Inflare buccas  
fastus indicium est, easdem demittere, est  
animum despondentis, alterū est thrasonis,

B 4 alterum

DE CIVILITATE  
alterum Iudæ proditoris.

SCHOLIA.

Δυσωπίαρ.) Id est, iniutilem & turpem pudorem.  
Δυσωπίαρ ita Plutarchus περὶ δυσωπίας describit: ὡς τὴν κατίφθαμ δρίζονται λύπημ κάτω=βλέπειν τοιοῦσαρ δυτω πλὺν αἰχυντηλίαρ με=χι τὸ μηδὲν ἀντιβλέπειν τοῖς δεομένοις ὑπει=κουσαρ δυσωπίαρ ἀνόμασαρ, Id est. Quemadmo= dum κατίφθαμ, tristitiam cum uultus demissione de=δυσωπία finiunt, ita uerecundiam cum quispiam non audet in fa=c=ciem illorum quos oportebat respicere δυσωπίαρ no=minorunt, uoce composita ex ωπή aspectu, & δυσ=Malus pu= particula, que difficultatem notat. Et quartum ut ha=dor. Stupi= bet prouerbium insaniae gradum.) Erasmus in epistola da uerecū= quadam, de dysopiat ita scribit, quo loco obiter huius dia. prouerbij meminit. Nulla uitia grauiorē afferunt per=niciem quam quæ uirtutis specie fucantur. Quorum de genere est immoda uerecundia, quam Græci uocat δυσωπίαρ. Atq; hoc noxiū germin optimis qui=busq; ac generosissimis ingenijs potissimum innascitur, quod si uitentes euellerc, succedit aliud nocentius, si re=linquas, multam malorum uim secum inuehit. Cæterū si cauta moderatione corrigas, optimus est innocentiae custos, ac uirtutum omnium, uelut ornamentum. Et re=ete quidem Aristoteles negat pudorem esse uirtutem. sed in adolescentibus actionem probam, bonæq; spei in=dolem arguent. Itaem comicus ille senex. Erubuit, salua ges est. Verū is si immodicus sit, cælat uitia, ne possint sanari,

## MORVM PVERILIVM.

Sanari, quemadmodum scripsit Flaccus: Incurata ma-  
lus pudor ulcera cælat. Et Plato censet hunc affectum,  
largioribus inuitaciunculis excutiendum. Obstupefacit  
ingenij uigorem. Vnde prisci primū insaniae gradum,  
quem gignere dicitur, strychnum drachmæ pondere po-  
tum, lusum pudoris uocauerunt. Nec rarum est cerne-  
re quosdam huiusmodi pudore sic delirantes, ut mens  
abesse uideatur. Vide plura in proverbio strychnum  
bibit. Inflare buccas fastus indicium est.) Vel Suida tc= Inflare buc  
ste: Ῥνάθῃς φυσῶντες ἐπὶ τῷ ἀναζόνωμ οὐλῇ cas.  
ὑπεροπτικῶμ, id est, Buccas inflantes, de arroganti=  
bus, superbis, & fastuosis dicitur.

Os nec prematur, quod est metuentis al-  
terius halitū haurire, nec hiet, quod est mo-  
rionum, sed leuiter osculantibus se mutuo la-  
bris coniunctum sit. Minus etiam decorum  
est subinde porrectis labijs veluti popysmū  
facere, quanquam id magnatibus adultis  
per medium turbam incedentibus condo-  
nandum est, illos enim decent omnia, nos  
puerum formamus.

## SCHOLIA.

Nec hiet, quod est moriorum.) Græci omnes stupi= Mamachus =  
dos & moriones niammacuthos uocare solent, à Mami thi.  
mocutho quodam fatuitate sola nobilem, quem hiante  
semper ore fuisse ex Aristophane cognoscimus, nam  
ille κεχνότα μαμάκυθον, id est, hiantem mamachus  
thū facit. Porrectis labris ueluti propysmum facere.)

B G

## DE CIVILITATE

Poppisius ποππίσιος & poppysma, est proprius sibilis illius ποππίστην = oris & plausus manus concavae, qua leniter sonando, ξερ. equos indomitos māsucfacim⁹, ταξὶ τὸ τοπύζειν, quod est tenuissimam ædere uocem, et cum stridore inflare labra. Est autem fictum à sono, sumiturq; quandoq; pro leniter inflare tibias calamosq;, ac instar puerorum arundine cantantium sonare. Theocritus in hominico :

Tί δὲ οὐχ ἔτιστη κορυδάλλῳ.

Αγκεῖ σοι καλάκυας δυλοι ποππύδει εχοντι.

An non tibi cum Corydone?

(id est)

Compositis satis est tibijs stridere Menalca?  
Vide politiani miscellanea capite tricesimo secundo.

Si fors vrgeat oscitatio, nec datur auerti  
aut cedere, strophio volaue tegatur os, mox  
imagine crucis obfignetur. Omnibus dictis  
aut factis arridere stultorum est, nullis arridi-  
dere stupidorum. Obscene dictis aut factis  
arridere nequitia est. Cacchinnus & immo-  
dicus ille totum corpus quaties risus, quē ob  
id Græci συρκουσιον appellant, nulli deco-  
rus est ætati, nedum pueritiæ. Dedeget autē  
quod quidam ridentes hinnitum edunt. In-  
decorus & ille qui in oris tactum late diducit  
corrugatis buccis, ac nudatis dentibus, qui  
caninus est & Sardonius dicitur. Sic autem  
vultus hilaritatem exprimat, vt nec oris ha-  
bitum dehonestet, nec animum dissolutum  
arguat.

## MÖRVM PVERILIVM.

Arguat. Stultorum illæ voces sunt, risu diffluo, risu dissilio, risu emorior, & si qua res adeo ridicula inciderit, vt nolentibus eiusmodi risum exprimat, mappa manuue tegenda facies. Solum aut nullam evidenter ob causam ridere, vel stultitiae tribuitur, vel insanie, Si quid tamen eiusmodi fuerit obortum, ciuitatis erit alij s aperire risus causam, aut si non putas proferendam commeticū aliquid adferre, ne quis se derideri suscipietur. Superioribus dentibus labrū inferioris premere, inurbanum est, hic enim est minātis gestus, quemadmodum & inferiorib⁹ mordere superius. Quin & laborum oras lingua circumvoluta subinde lambere inepsum. Porrectionibus esse labris, & velut ad osculum compositis, olim apud Germanos fuisse blādum indicant illorum picturæ: porrecta lingua deridere quēq scurtile est. Aversus expuito, ne quem conspuas aspergasue. Si quid purulentius in terram reiectum erit, pede, vt dixi, proteratur, ne cui nauseam moueat, Id si non licet, linteolum sputū excipito. Resorbere saliuam inurbanum est, quemadmodum & illud quod quosdam videimus non ex necessitate, sed ex usu ad tertium quodq verbum expuere. Quidam indecorum subtus iunt idem intet loquendum,

## DE CIVILITATE.

dum, idq; non ex necessitate, sed ex more i-  
is gestus est mentientium, & inter dicendum  
quid dicant comminiscentium. Alij minus  
etiam decore ad tertium quodq; verbū eru-  
ctant, quæ tes si à teneris annis abierit in cō-  
suetudinem, hæret etiam in grandiorē æta-  
tem. Idem sentiendum de screatu, quibus  
nominibus à seruo notatur Terentianus Cli-  
tipho. Si tussis vrgeat, caue ne cui in os tussi-  
as, & absit ineptia clarius tussiendi, quā na-  
tura postulet. Vomiturus secede, nā vomere  
turpe non est, sed ingluwie vomitum accer-  
sisse deformē est.

## SCHOLIA.

Risus Syncrusius. *Quem ob id Græci συγκρούσιον. συγκρούσιον* so-  
nat, si quis uerbum uerbo reddere tentet concussoius,  
*παρὰ τὸ συγκρούματι.* De hoc risu sic in collecta-  
neis dydimi ετ̄ Tarrhei : γέλωε συγκρούσιον, οὐ τάκτον  
ηγέλη ἀκοσμονθός ταρέσσοντινες γε-  
λῶντες τὰς χεῖρας ἢ τοὺς πόδας συγκρούοσι.  
Id est. Risus syncrusius, incompositus & indecorus, qd'  
quidam inter ridendum manus aut pedes concuiunt.  
Hunc risum, ετ̄ quemuis in ornatum, Catullus inepti  
uocat, in epigrammate ad Egnarium.

Nam risu, inquit, inepto res ineptior nulla est.

Risus Sardoni. *Qui caninus est et Sardonius dicitur.* De hoc risu mul-  
ta ετ̄ doctissima Erasmus in Chiliadibus. Ceterū omnes  
quotquot hanc parœmiam exponunt, sardonij etymon  
etiam.

## MORVM PVERILIVM.

etiam & tō τὸ σεσκρέυαι τοῖς οὐδῆσι deducunt, hoc est, hiante & diducto ore dentes ostendere, quales illi qui ficte, & non ex animo, sed προσποιητῶς ridēt. Talis Eunicæ meretriculæ apud Theocritum, sic enim queritur pastor idyllo uicesimo quarto.

καὶ τὶ σεσαργός. καὶ Ἀβαρόν μὲν γέλαξ, id est Me simulare Et fastu derisit.

A canibus ducta metaphora, quibus hoc iræ indicium est nudare scilicet dentes. Stultorum illæ uoces sunt risu diffuso. ) Vide adagiorū Chiliades. Emori risu. Mappa manuæ tegenda facies. ) Solent qui uehementius rident, quam compescere risum possint, mappam in ore ponere. Horatius.

Varius mappa compescere risum. Vix poterat. Solum aut nullam euidentem ob causam. ) Iuxta senarium illum Græcanicum.

Γελᾶς δὲ ὁμωρός κάρπη τῇ μηνί γελῶν. ἐν id est. Ridet stultus licet nil sit risu dignum. Aperire risus causam. ) Quemadmodum apud Comicum Chremes Menedemo subiti sui cachinni causa interroganti aperuit.

Chre. Aha, hā, hē. Men. quid risisti ? Chre.

Scrui uenere in mentem calliditas Syri.

Labrum inferius. ) Ineptum est quod Grammatici quidam docent labrum esse superius, labium, inferius nam contrarium non uno loco apud Plinium reperiatur, hoc adiungere placuit, ut hic cesset διαθεσθαι. Et inferius mordere superius. ) Vide proverbiū mordere labrū. Quin & lebrorum oras. ) Docet hoc turpe & indecorum.

## DE CIVILITATE.

torum esse Quintilianus libro undecimo capite tertio.  
Porrectionibus esse libris.) Nec hic gestus à Fabio  
probatur libro eodem. Labra, inquit, & porriguntur,  
male & scinduntur, & astringuntur, & diducuntur,  
& dentes nudant.

Is gestus est mentientium.) Vnde illud Apuleij in Hip-  
pian: Moram mendax expetit, tuſſit ergo Hippias.

Et inter dicendum quid dicant comminiscentium.  
Perplexitatis signū tuſſis est, probat hoc parœmia qui-  
dem recentior, sed quam uetustissimis non inique com-  
paraueris, citatur in Didymi & Tharræi collectanæis:  
nec explicatur. Ἑτογία ή. Λάτουβη, id est, Hesi-  
tatio cantoris tuſſis. Quo significatur gestus is qui fre-  
quens admodum inter cantores, nec eos bene exercitos  
esse solet, cum extibiatum animum simulatione tuſſis re-  
concinnat. Notatur Teretianus Clitipho. Est in Heau-  
tontimorumenō ubi Syrus seruulus Clitiphonem mo-  
net, ne uitijs & malis gestibus quibus assueuit patre-  
præsente, amore suum in Bacchidem patesciat, uer-  
ba Syri sunt.

Sed heus tu uide ſis ne quid imprudens ruas,  
Patrem mouisti ad has res quam sit perspicax,  
Ego autem te noui quam soleas esse impotens,  
Inuersa uerba, euersa ceruices tuas,  
Gemitus, screatus, tuſſis, risus, abstine.

Dentiū mūdices curanda est, verū eos pu-  
uisculo candidare puellarū est, sale aut ali-  
mine defricare, gingiuæ perniciosum. Idem  
lotio

Hesitantia  
cantoris tuſſis.

## MORVM PVERILIVM.

Iotio facere Iberorū est. Si quid inhæsit dentibus, non cultello, non vnguis, canum fellium more, non mantili eximendum est, sed vel lentisci cuspide, vel penna, vel ossiculis è gallorum aut gallinatum tibijs detracētis. Os mane pura aqua proluere, & urba-  
nū est & salubræ, subinde id facere ineptum.  
De linguae usu suo dicemus loco.

## SCHOLIA.

Verum eos puluisculo candidare. ) Quale scilicet  
misera Calpurniano Apuleius, carmen quia lepidum  
est adscribendum duxi ex apologia magie.

Calpurniane salue properis uersibus,  
Misi ut petisti munditas dentium,  
Nitelas oris ex Arabicis frugibus.  
Tenuem, candiculum, nobilem puluisculum,  
Complanatorem tumidule gingiuulæ.  
Conuerritorem pridianæ reliquæ,  
Ne qua uisatur tetra labes sordium,  
Restrictis fortè si labellis riseris.

Sunt autem multa puluisculorum genera ad hunc usum  
reperta, quale est quod è cornu cerui exusto fit apud  
Discoridem. Et puluis pumicis apud Plinium, & alia  
multa. Sale aut alumine fricare gingiuæ perniciosum.)  
Sanis quidem gingiuis id admodum perniciosum est,  
sed affectis, medicaminis uice erit sal & alumina. Lege  
caput septuagesimum & septuagesimum septimum libri  
quinti apud Dioscoridem, & Plinium libri trigesimi  
*miprimi*

## DE CIVILITATE.

Iberorum  
sordes.

mi primi caput nonum. Idem lotio facere Iberoru[m] est, >  
Testatur hoc Strabo geographiae suae libro tertio, ubi  
de Iberis scribit, sed quid nocebit ipsa autoris uerba  
subscribere. Η μὲν παρωκεανίτις, η πρόσθεος Θ  
άμοιρη διὰ τὰ τύχη, η δ' ἄλλη τὸ αλεομέδα τὸ  
ολιγωρία μτῶμανθρώπωμ, ιφὲλ τὸ μὴ πρός διὰ  
γωγῆμ ἄλλα μάλλον πρός ανάγκην ιφὲλ ὅρμη  
θεριώδη μετὰ ἔθους φαύλου ζῆμ, η μήτις σίετρ  
πρός διαγωγῆμ ζῆμ, τοὺς ὄυρολουμένους ἐν δεξα  
μεναις παλαιουμένω, η τοὺς οδόντας σμιχο  
μένους καὶ αυτοὺς ιφὲλ τὰς γυναικας αυτῶμ, κα  
θαπερ τοὺς καντάρεους φασὶ καὶ τοὺς ὄμορους  
αυτοῖς. Hoc est. Quæ uero ad Oceanum uergit, &  
Borealis pars est, propter frigora rebus indiget. Reli  
qua autem adhuc amplius, propter hominum incuriam  
& negligentiā, & quod nullam institutionem ample  
xantes, ferinis affectionibus, pessimisq[ue] moribus uitam  
ducunt. Nisi quispiam eos rectum uitæ institutum se qui  
putauerit, qui lauachra ex lotio in cloacis aliquandiu  
retento sibi faciant. Quiq[ue] sibi ipsis suisque uxoribus dē  
tes ita candidant, quemadmodum & Cantabros confi  
nēsque illis gentes factitare fama est. Et Apuleius libro  
primo apologiæ magiæ idem testatur. Nisi forte, in  
quit, in eo reprehendendus sum, quod Calpurniano pul  
uisculum ex Arabicis frugibus miserim, quem multo &  
qui erat spurcissimo ritu Hiberoru[m], ut ait Catullus,  
sua sibi urina dentem, atque ruffam pumicare gingiuā.  
Carmen scriptum est in Egnatium, quod ob elegantiā,  
& epigram=

## MORVM PVERILIVM.

Epigrammatis leporem totum adscribendū duxit.

Egnatius, quod candidos habet dentes.

Renidet usquequaque, seu ad rei uentum est.

Subsellium, cum orator excitat fletum,

Renidet ille, seu pij ad rogum filij

Lugetur orba, cum flet unicum mater.

Renidet ille quicquid est, ubi cunque est.

Quodcunque agit, renidet, hunc habet morbum

Neque elegantem, ut arbitror, neque urbanum,

Quare monendus es mihi bone Egnati,

Tu præter omneis une de capillatis

Cuniculosæ Celtiberiæ fili.

Egnaci, opaca quem bonum facit barba,

Et dens Hiberna defricatus urina.

Si urbanus es, aut Sabinus, aut Tyburs,

Aut parcus Vmber, aut obesus Hetruscus.

Aut Lanuuimus acer atque dentatus,

Aut Transpadanus, ut meos quoque attingam

Aut quilibet qui puriter lauit dentes.

Tamen renidere usquequaque te nolle,

Nam risu incepto res incipior nulla est,

Nunc Celtiberus Celtiberia in terra,

Quod quisque minxit, hoc solet sibi manè

Dentem atque ruffam defricare gingiuam,

Vt quo iste uester expolitior dens est,

Hoc te amplius bibisse prædicet lotij.

Lentisci cuspide.) E lentisco frutice dentiscalpiū  
siebat, fricandis & terendis dentibus & à cibo purgā = Lentiscus.

C dis aptum

## DE CIVILITATE.

dis aptum. Dioscorides libro primo capite septuagesimo septimo sic habet. Ταῦτα ἔνδειξις καλάμιδωμ παρατριβόμενα τοῖς οὐδαῦσι σμήχει τούτους. Id est, Virides uero ligni particulae, pro arundinaceis cuspidibus, fricatione purgant dentes. Solebant autem lentisco candidare dentes, unde eos quibus plus satis comendi corporis studium erat, Χιοτέργκτας, id est, lentisci uoros, uocabant, & prouerbium, lentiscum mandere, in eosdem, uide Chiliades. Vel penna.) Cum deesset ueteribus ē lentisco dentifricium, rubentibus pennis, sordes exterebant. Martialis libro epigrammatum tertio.

Stat exoletus suggestitq; rustanti  
Pennas rubentes, cuspidesq; lentisci.

Et in Apophoretis.

Lentiscum melius, sed si tibi frondea cuspis  
Defuerit, dentes penna leuare potest.

Rusticanum est impexo esse capite adsit mundicies, non nitor puellaris. Absint sordes lentiū & vermiculorū. Subinde seabere caput apud alios, parum decet, quemadmodū vnguibus reliquum fricare corpus sondidum est, præsertim si fiat usu, non necessitate. Coma nec frontem tegat, nec humeris inuolitet. Subinde concusso capite discutere capillitum, lasciuientium est equorum. Cæsariem à fronte in verticem læua retorquere, parum elegans est, manu discrimina-

re mod

## MORVM PVERILIVM.

re modestius. Inflectere ceruicem & adduce  
re scapulas pigritiā arguit, resupinare fastus  
corpus indicū est, molliter erectū decet. Cer  
uix nec in læuum, nec in dextrū vergat, hy  
pocritum enim, nisi colloquium aut aliud si  
mile postulet. Homeros oporteat æquo li  
bramine temperare, non in morem anten  
narum alterum attollere, alterum deprime  
re. Nā huiusmodi gestus in pueris neglecti,  
vertuntur in naturam, & corporis habitum  
præter naturam deformant. Itaque qui præ  
desidia collegerunt consuetudinē inflecten  
di corpus, sibi gibbū conciliant, quem natu  
ra non dederat, & qui deflexum in latus ca  
put habere consueuerunt, in eum habitum  
indurescūt, vt adulti frustra mutare nitātur.  
Siquidem tenera corpuscula plantulis simi  
lia sunt, quæ in quamcunq̄ speciem furca fu  
niculōue deflexeris, ita crescunt & indures  
cunt. Vtrunq̄ brachiū in tergū detorquere.  
simul & pigritiæ speciē habet & furis: neque  
multo decentius est altera manu in ilia inie  
cta astare sedereue, quod tamen quibusdā  
elegans ac militare videtur. At non statim  
honestum est quod stultis placuit, sed quod  
naturæ & rationi consentaneū est. Reliqua  
dicentur quum ad colloquium, & conuiuiū  
ventum erit.

C 2 Scholia.

## DE CIVILITATE.

### SCHOLIA.

Non nitor puellaris.) Nec tales adolescentes uates Sulmonensis ferre uult.

Sint procul à nobis iuuenes ut fœmina compti,  
Fine coli modico forma uirilis amat.

Non necessitate.) Necessestas est cū scabie morbōue aliquo lucus affectus fricatur. Vbi enim dolemus, ibi ferē

**Resupinare** manum habere solemus. Resupinare corpus fastus indiciū.) Resupinare corpus est excruuare thoracē, et ut uulgo dicere solemus protendere pectus. Solēt apud **Adorantiū** ueteres, qui deos præcarentur, hoc pacto se resupinare, erecti stantes in summis digitorum pedibus. Martialis libro duodecimo.

Aethon in Capitolio pepedit.

Multis dum præcibus Iouem salutat.

Stans summos resupinus usque in ungueis.

Ceruix nec in lœuum nec in dextrum uergat.) Hoc est, quod dixit Fabius. Ceruicem erectam esse oportet non rigidam, aut supinam, & cætera. Hypocriticū enim.) Breuiatur nanque sic ceruix, & gestum quendā humilem atque seruilem, & quasi fraudulentem facit, cum se in habitum adulatioñis, admirationis & metus fingunt. Hypocriticum autem omne uocamus quod simulato animo fingitur. Humeros oportet æquo libramine.) Et hoc cum Quintiliani præcepto couenit, qui humorum alleuationem, atque contractionem ut inde centem uituperat. In morem antennarum.) Antennæ lignum est transuersum è malo nauis dependēs cui aliipatur

**Antēna.**

## MORVM PVERILIVM.

ligatur uelum, quām Græci κέρατον vocant, id cornutum sonat, quod instar cornū utrinque extensum sit. Appollonius νηὸς σάυρον appellat, quod crucis similitudinem omnimode referat. Itaq; qui præ desidia.)

Medici gibbum hunc ἡθικὸν, id est, consuetudinarium, vocant, quod non ē natura sit, sed peruersa & longa consuetudine cōcilietur. Siquidem tenera corpuscula.)

Νō dissimilis est ab hoc dissimili, Plutarchi δμοίωσις: Pueri plās ή̄ καθάπερ τοὺς χάρακας ὅι γεωργοὶ τοῖς φυ= tulis similes τοῖς παρατιθέασιν, οὐτός οἱ νόμιμοι τῷ μδι= δασιάλωμέμελδε τὰς ὑποθήκας, ή̄ ωραι= νεσις παραπτηγκύδσιμ τοῖς νέοις, ἵνα ὅρθα τούτ~ βλασφοι τὰ ἡθικ. Hoc est. Ut agricolæ uallos fur= casque apponunt plantulis, ut in rectitudinem exres= cant, sic qui instituit, addit monita & preceptiones pueris, ut recte crescant corum mores. Et furis.) Fu= res nanque apud nostrates manibus retro in tergū colli= gatis ignominiose sic ad supplicium educuntur.

Membra quibus natura pudorem addidit retegere citra necessitatē procul abesse debet ab indole liberali. Quin vbi necessitas huc cogit, tamen id quoque decēte verecū= dia faciendū est, etiam si nemo testis adsit. Nunq; enim nō adsunt angeli, quibus in pue= ris gratissimus ē pudicitię comes custosque pudor. Quorū autem cōspectum oculis sub= ducere pudicum est, ea multo minus opor= tet alieno præbere cōtractui. Lotium remo=

C 3 rari ya=

DE CIVILITATE.

rati valetudini perniciosum, secreto reddere verecundū. Sunt qui præcipiant ut puer cōpressis natibus ventris flatum retineat. At qui ciuile non est, dū vrbanus videri studies morbum accersere. Si licet secedere, solus id faciat. Sin minus, iuxta vetustissimum prouerbium. Tussi crepitum dissimulet. Alioqui cur non eadē opera præcipiunt ne aluū desīciant, quū remorati flatum periculosius sit quam aluum stringere. Diductis genibus sedere, aut diuaricatis tibijs distortisue stare. Thrasonum est. Sedenti coēant genua, stanti pedes, aut certe modice diducantur. Quidam hoc gestu sedent ut alteram tibiam altero genu suspendant, nōnulli stant decussatim compositis tibijs, quorum alterū est anxiorum, alterum ineptorū. Dextro pede in læuum femur iniecto sedere priscorū regum mos est, sed improbat<sup>9</sup>. Apud italos quidā honoris gratia pedē alterū altero premūt, vniue propemodum insistunt tibiæ ciconia rū ritu, quod an pueros deceat nescio. Itidē in flectendis genibus aliud apud alios decet dedecetq;. Quidā vtruncq; pariter inflectunt, idq; rursus alijs recto corpore, alijs nōnihil incurvato. Sūt qui hoc ceu muliebre rati, similiter erecto corpore, primū dextrū incuruāt genu, mox sinistrum, quod apud Britannos in adoles-

## MORVM PVERILIVM.

In adolescentibus laudi datur. Galli modulato corporis circumactu dextrum dūtaxat inflectunt. In his inquibus varietas nihil habet cum honesto pugnans, liberum erit vel vernaculis uti moribus, vel alienis obsequū dare quādo sunt quos magis capiant peregrina. Incessus nec fractus sit, nec præceps, quorum alterum est mollium, alterum furiosum, nec vacillans, quod à Fabio improbat. Nā ineptā in incessu subclaudacionem. Suiceris militibus relinquamus, & ijs qui magnū ornamentū ducūt, in pileo gestare plumas. Tametsi vidimus episcopos hoc gestu sibi placere Sedentē pedib⁹ ludere stultorū est, quemadmodū & manibus gesticulari, parum integræ mentis indicium est.

## S C H O L I A.

Membra quibus natura.) Cicero Officiorū libro Verecundia primo, ubi decorum à uerecundia tractat, sic de uerecundia inter alia sanctissimè differit. Quæ autē partes corporis, ad naturæ necessitatē datæ, aspectū essent deformem habituræ, atque turpē formam, eas cōtexit. atque abdidit. Hanc naturæ tam diligentem fabricam imitata est hominum uerecundia, quæ enim natura occultauit, eadem omnes qui sana mente sunt, remouent, ab oculis, ipsiq; necessitati dant operam, ut quā occulissimè pareant, Hactenus Cicero. Quim ubi necessitas huc cogit.) Nil aliud Hesiodus, uersibus suis de lotio.

C 4 reddendo

## DE CIVILITATE.

reddendo significasse uidetur, quām uerecundiā, libe= rali puero quām maxime seruandum esse, extant libro primo ἐργωμ.

Μήτ' ἐν ὅδῳ, μήτ' ἐκτὸς ὅδοῦ προβάδησον σε

Μήτ' ἀπογυμνωθειε.

Hoc est.

Inq; uijs extraq; uias caue feceris unquam

Progredicns lotium, uestis quoq; membra reuelet.

Lotium remorari.) Nam sic calculum gigni perhibent

Crepitus medicorum filij. Morbum accersere. Audi Coi senis  
retentus.

de crepitu sententiā libro προγνώσεων εἰς secundo.

Si flatus sine crepitu sonituq; excernitur optimus. Me= lius tamen est, ut erūpat cū sonitu quā si condatur reti= neaturq;. Atqui adeo utile hic fuerit deuorare pudore,

ut corpus redimas, ut consilio omnium medicorum sic nates comprimas, quemadmodum apud epigramma=

tarium Aethon, qui quāmuis in sacro sibi cauerit cre= pando, tamen compressis natibus Iouem salutat. Para=

sitica, & illorū qui ad superciliū stant, uox est, Didici cōprimere nates. Tuſsi crepitum diſsimulare.) Tuſsi=

re ſe ſimulant, qui pudoris gratia nolunt crepitum au= diri. Lege Chiliades. Tuſsis pro crepitu. Quum remo=

rari flatū perniciosius fit.) Extat Nicarchi uersus epi= grammatum libro secundo εἰς πόρθημ, quibus peſti= ferā retenti crepitus uim describit, ſed quia omniū ma=

Diuaricata= nibus teruntur non duxi adſcribendos. Diuaricatis ti=

tæ tibiæ.

bijs.) Diuaricatas tibias habent, ut ex Nonio ſcire da= tur, qui uitio naturæ ita ſunt pedibus discretis, ut eos in diuersum habeant separatos. Ammianus, arcus ex=

tensos

## MORVM PVERILIVM.

tēsos brachijs diuaricatis, uocat. Fabius uaricare in hoc sensu utitur. Varicare supra modum in stando defor= me est, & accedente motu quopiam obscœnum. Thra= sonum est.) Militarem hunc gestum fortassis et persius notauit, cum centuriones uariosos uocat, non quod ua= rices habuerint, sed quia hoc gestu tanq; uaricibus affe= citi sibi placuerint. Quidā hoc gestu sedēt.) Quos sic notat Quintilianus. Male ētiā in sinistrū pedem insi= stentium dexter, aut attollitur, aut summis digitis su= spendor. Dextro pede in lœuum femur.) Hunc ge= stum in concilijs ducum potestatūm, à maioribus da= mnum, quod crederetur omnē actum impedire, Pli= nius scribit libro uigesimo octavo capite sexto. Galli modulato corporis.) Hanc consuetudinē à maioribus tanq; per manus traditam Galli etiam num seruant, sed olim in aliū usum, numirum deorum adorationis, ut in Plinio legimus. Incessus nec fractus sit nec præceps.) Cicero officiorum libro primo. Cauendum autem est, ne aut tarditatibus utamur in ingressu mollioribus, ut pomparum ferculis similes esse uidcamur, aut in festina= tionibus suscipiamus nimias celeritates. Quæ cum fiunt anhelitus mouētur, uultus mutātur, oratorquen= tur, ex quibus magna significatio fit, non adesse cōstan= tiam. Nec uacillans quod à Fabio.) Libro undecimo capite tertio. Est & illa indecora in dextrū ac lœuum latus uacillatio alternis pedibus insistentium.

In pileo gestare plumas.) Autor est Varro insigni= tos milites, in pileo penas gestare solitos fuisse. Et

C S apud

## DE CIVILITATE

apud Lucianum meretrix quedam milites descriptura,  
cristas quatientes & pugnas narrantes illos vocavit. Se-  
dentem pedibus ludere. ) His notis sapiens rex in para-  
bolis dementem & insanum depinxit. Oculis, inquit.  
annuit, signa dat pedibus, manibus gesticulatur, per-  
uerso corde mala machinatur.

## DE CVLTV.

In summa dictū est de corpore nūc de cul-  
tu paucis, eo quod vestis quodammodo cor-  
poris corpus est, & ex hac quoque licet ha-  
bitū animi conīscere. Quanquam hic certus  
præscribi modus non potest, eo quod nō om-  
niū par est vel fortūa, vel dignitas, nec apud  
omnes nationes eadē decora sunt aut inde-  
cora, postremo nec omnib⁹ seculis eadē pla-  
cent displicēntie. Vnde quemadmodum in  
alijs multis ita hic quoque nonnihil tribuē-  
dum est, iuxta proverbum, νόμῳ γεγονός χώρα,  
atque etiam καιρῷ, qui seruire iubent sapiē-  
tes. Est tamen in hisce varietatibus, quod  
per se sit honestū aut secus, velut illa quę nul-  
lū habent usum, cui paratur vestis. Prolixas  
trahere caudas in fœminis ridetur, in viris  
improbatur, an Cardinales & Episcopos de-  
ceat alijs estimandū relinquo. Mulctitia nū-  
quam nō probro data sunt tum viris, tū fœ-  
minis, quādoquidē hic est alter vestis usus,  
vt ea tegat quæ impudice ostendunt, discin-  
dum.

## MORVM PVERILIVM.

ctū esse, nunc idē nemini vitio vertitur, qd  
indusījs, subuculis, & caligis repertis tegātur  
pudenda etiā si disfluat tunica. Alioqui ve-  
stis breuior, q̄ vt inclinati tegat partes qui-  
bus debetur honos, nusq̄ nō inhonesta est.  
Dissecare vestē amētiū est, picturatis ac ver-  
sicularibus vti, morionū est ac simiarū. Ergo  
pro modo facultatū ac dignitatis, proq̄ re-  
gione & more adsit cultui mundicies, nec for-  
dibus notabilis, nec luxū aut lasciuū, aut fa-  
stū p̄ se ferēs. Neglectior cultus decet ado-  
lescētes, sed citra immūditiā. Indecore qui-  
dā interularū ac tunicarū oras aspergine lo-  
tij pingūt, aut sinū brachialia q̄ indecoro te-  
ctorio incrstant, non gypso, sed nariū & oris  
pituita. Sunt quibus vestis in alterū lat⁹ de-  
fluit, alijs in tergū ad renes vsque, nec desūt  
quib⁹ hoc videatur elegās. Ut totū corporis  
habitū mundū & cōpositū esse decet, ita de-  
cet illum corpori congruere. Si quid elegan-  
tioris cultus dedere patētes, ne teipsū refle-  
xis oculis cōtēplere, nec gaudio gestias, alijs  
q̄ ostentes, nam alterū simiorū pauonū, mi-  
rentur alijs, tu te bene cultū esse nescias. Quo  
maior est fortuna, hoc est, amabiliior mode-  
stia. Tenuioribus in conditionis solatiū cō-  
cedēdum est, vt moderare sibi placeant. At  
diues ostentās splendorē amictus, alijs suam  
exprobrat

§. 1. 8 +

DE CIVILITATE  
exprobrat miseriā, sibiq̄ conflat inuidiam.  
SCHOLIA.

Quod uestis quodammodo.) Lege prouerbiū in Chiladibus: Vestis uirum facit. Habitum animi conidere.) Facit huc Accij illud apud Nonium. Discincta uestis discinctus animus, ne nega. Nō μωή χώρα atque Servire re= etiam καιρό. ) Id est, legi & regioni, & tempori. gioni & tē Consule Chiliades: Lcx & regio. Et Noscc tempus. Ci= pori. tatur à Pindari interprete ex Antiphane senarius qui= dem, quem etiam inter Græcorū sententias offendit.

Nόμοις ἐπεδί τοῖσι πέγχωσι καλὸν.

Id est, leges suis regionibus proprias sequi pulchrum, Socrates ut autor est Laertius, tempori interdum seruiens, uenustiori habitu amiciebatur, ut in Platonis sym posio ad Agathonem prospectus, multū alioquin circa uestes negligens. Prolixas trahere caudas.) Mollitem arguit huiusmodi uestis, unde mulieribus, ut pote molibus frequentius apud autores ascribitur quam uiris. Siquidem frequens est apud Homerum epitheton ἐλκε= χιτῶνες, Atque etiam cum uiros ut imbelles & solu= tos notat, ἐλκεσιτῶλας uocat, ut Iliad. X. ubi cō mune est & uiris & fœminis.

Αἰδέομαι τρῶας ή τρωῦασθας ἐλκεσιτῶλας. i Vereor Troianos & Troianas uestes trahentes. Quid dicā, quod huiusmodi uestibus utentes ἀξώστε, id est, discinctos grammatici appellat. Multitia nunquā non probro.) Non constat inter Grammaticos de mul= titia: hic tunicas è molli lana confectas, ab eo quod mul ciantur,

Multitia.

## MORVM PVERILIVM.

ciantur, hoc est, eliciantur dici uult. Illi magis placet à mollicie deducere. Alius à mulcendo appellatas censet, quod suauitate sua demulceant, et uestes è serico textas interpretatur. Sunt etiam quibus hæc bombicem coam significare uideatur, de qua Plinius libro undecimo capite uicesimo secundo. Hoc certum est mollissimas fuisse uestes, molibus quoq; gratissimas. Non enim Iuuenal is satyra secunda tam acriter carpsisset, nisi uiris indecora iudicasset.

Sed quid Non facient alij cum tu multitia sumas  
Cretice? Et mox: Quæro an deceant multitia?  
Alter uestis usus.) Alter ut nos à tempestatibus, frigore & cœli iniuria defendat. Olim habebatur parū uirile.) Male passim apud omnes autores ἀξωσοι, hoc est, distincti audiunt, nūc enim mollis & soluti hominis in male audi-  
dicium est, ut cum signū à distincto peteretur, hoc est, ebant.  
molli Mecenate, qui absente Cæsare eius munere fun-  
gebatur. Et Seneca in epislola. 115. testatur hūc solutis  
tunicis semper in urbem incessisse. Nunc desidiosi &  
ignavi, hinc illud apud Persium.

Non pudet ad morem distincti uiuere Naceæ.  
Atque adeo ignominiosum erat apud ueteres distinctū  
esse, ut duces relinquentes, quandoq; milites hac igno-  
minia affecerint. Quemadmodū D. Augustus, qui pro  
delictis milites distinctos ante prætorium per totū diē  
stare iubebat. Hac Lucullus in fugitivos quosdam mili-  
tes animaduertit, ut autor est Plutarchus in uita illius.  
ΑΤΙΜΙΑΡ ΤΙΝΑ ΤΟΪΣ ΦΕΥΓΩΣΙ ΝΕΝΟΜΙΣΜΕΝΗ ΠΓΟΣ

## DE CIVILITATE

Εαλε, καλεύσας ἐν χιτῶσι μάζωσοις ὡρυξαι δώς  
δεκαπανθάμ ταπρόμ, ἐφεσωτωμή θεωμένωμ  
τῷ ἀλλωμ σφατιοτῷ. Hoc est, Ignominia quadā,  
quā excogitauerat fugitiuos affecit, cogēs eos in tunicis  
discinctis uallū duodecim pedū fodere, insipientibus et  
astantibus alijs cōmilitonibus. Adde quod Rhomani ui=  
ctos, & quod captiuos ducebant, discinctus sub iugū<sup>9</sup>  
transire cogebāt. Id memini me legere apud Festū Pom  
peiū in dictione iugū. Alioqui uestis breuior.) Horatius  
in uestibus quoq; mediocritatem laudat. Non enim illi  
placet Malthinus tunicis dimissis, neque iterum is qui  
inguen ad obsecenū subductis erat. Ciceroni etiā medio  
critas hic optima est. Alterū simiarū est.) Mirū ē quā  
hoc animal gaudeat ad humanū exornari morē. Alterū  
est pauonum.) Plinius libro decimo capite uigesimo. In  
his pauonum genus, cū forma tū intellectu eius et glo=  
ria. Gemmantes laudatus expandit colores aduerso ma  
xime sole, quia sic fulgētius radiat. Simul umbræ quoſ=  
dā recipercussus ceteris, qui in opaco clarius micant, cō=  
chata querit cauda, omnesq; in aceruum contrahit  
pennarum, quos spectari gaudet oculos. Et Ouidius.

Laudatas ostendit uuis lunonia pennas.

Sibi conflat inuidiā. ) ostentabat & suas εὐανθῆς ac  
præciosas uestes apud Athenienses diues ille Lucianicus  
in Nigrino, sed audi quibus, scōmatibus exceptus à ciui  
bus est, οὐδὲ εἴη, inquit, καὶ πόθιν δὲ τάχας δύ=  
τος τάχας μητρός εἰσι μάυτοῦ, & cetera.  
Id est, lá uer est et unde nobis pauo hic? Et fortasse ma=

tris suæ uestis est.

De moris

Pauo lau=  
datus.

MORVM PVERILIVM.  
DE MORIBVS IN  
TEMPLO.

Quoties fotes templi pr̄eteris, nudato caput, ac modice flexis genub⁹ ad sacra verso vultu, Christū duosq; salutato. Idē & alias faciendū, siue in vrbe siue in agris, q̄ties occurrit imago crucis. Per eadē sacrā ne transiōris, nisi simili religione saltē breui precatiūcula Christū appelles, idque reecto capite, & vtroque genu flexo. Cum sacra peraguntur, totum corporis habitum ad religionem decet cōponere. Cogita illic pr̄äsentē Christum cum innumeris angelorum milibus. Et si qui regem hominem alloquuturus circūstante procerum corona, nec caput apertiat, nec genu flectat, non iam pro rustico, sed pro insano haberetur ab omnibus, quale est, illic opertū habere caput, erecta genua, vbi adest rex ille regū immortalis & immortalitatis largitor, vbi venerabundi circumstant ætherei spiritus. Nec refert, si eos non vides, vident illi te, nec minus certum est illos adesse quam si videres eos oculis corporis. Certius enim cernunt oculi fidei, quam oculi carnis. Indecentius etiam est quod quidā in templis obambulant, & Peripateticos agunt. Atqui de ambulationibus porticus & fora conueniunt, non templo,  
quæ sas

DE CIVILITATE

quæ sacrī concionibus, mysterijs, ac deprecationi dicata sunt. At concionantem specent oculi, huc attentæ sint aures, huc inhibet animus omni cū reuerētia, quasi non hominem audias, sed deum per os hominis tibi loquentem. Quum recitatur Euangelium assurge, & si potes ausculta religiose. Quum in symbolo canitur, & homo factus est in genua procumbe, vel hoc pacto te submittens in illius honorem qui semet pro tua salute, quū esset supra omnes cœlos, demisit in terras, quū esset deus dignatus est homo fieri, ut te faceret deum. Dū peragūtur mysteria, toto corpore ad religionem composito ad altare versa sit facies, Ad Christū animus. Altero genu terram cōtingere, erecto altero cui lœuus immitatur cubitus, gestus est impiorum militum, qui domino I E S V Illudentes dicebant. Aue rex Iudeorum. Tu demitte vtrunq; reliquo etiam corpore nō nihil inflexo ad venerationem, Reliquo tempore aut legatur aliquid ē libello, siue precularum, siue doctrinę salutaris, aut mens cœlestē quippiā meditetur. Et tempore nugas obgannire ad aurem vicini, eorū est, qui nō credūt illic adesse CHRISTVM, huc illuc circumferre vagos oculos, amentium est. Existima te frustra templum adisse, nisi inde melior

MORVM PVERILIVM,  
melior discesseris, puriorque.

SCHOLIA.

Quoties fores templi.) Tanta ueteribus sacrarū ueneratio erat, ut Apuleius, homo à nostra religione multum alienus. Aemilianum quendam rideat, quod fandorum dearumq; prætergrediens, nunquam à ciuib; suis uisus esset deos salutare, sed nephas habuerit, orādi gratia manū labris admouere. Peripateticos agūt.) *Peripatetici* Περιπατητικοὶ (ut Hammonius Aristotelis categoriarum interpres scribit) διὰ τοιαύτων αἰτίαν δυτῶς ἐλέγοντο. Πλάτων γὰς γυμνασίας ἐνεκεφαλίπατῶν, ἐτοίετο τὰς πρόστους ἐταίρους συνυπαρτίας, ὅμοιοι Αριστοτέλης διαδεξάμενοι εἶχε τὴν ἐνεργίας, ἥτοι τὸ συμβεβηκότος ἐπωνυμίαν. Hoc est, Peripatetici hanc ob causam ita dicebatur. Plato exercitationis causa obambulans sic ad discipulos uerba faciebat, cui succedens Aristoteles ex ipso re, aut quia successor erat cognomen hoc obtinuit. Est itaque agere Peripateticū huc illucq; deambulare. Gestus est impiorum militum.) Extat apud Mathæum cap. uigesimo septimo.

DE CONVIVIIS.

In cōuiuījs adsit hilaritas, absit petulātia : non nisi lotus accumbe, sed ante præfectis vnguibus, ne quid in his hæreat sordiū dicarisq; ψυποκόνδυλοι, ac prius clam reddito lotio, aut si res ita polulet, exonerata

D etiam

## DE CIVILITATE

etiam alio: & si forte strictius cinctū esse cōtingat, aliquantulū relaxare vincula consulum est, quod in accubitu pari decore fiat. Abstergēs manū, simul abiçce quicquid animo ægre est. Non in conuiuio nec tristē esse decet, nec contristare quenquam. Iussus consecrare mensam vultū ac manus ad religionem cōponito, spectans aut conuiuij primariū, aut si fors adest, imaginē Christi, ad nōmen Iesu, matrisq; virginis, vtruncq; flectēs genu. Hoc muneris si cui alteri delegatū fuerit, pari religione tum auscultato, tū respondeo. Sedis honorem alteri libenter cede, & ad honoratiorem locum inuitatus, comiter excusa: si tamē in crebro seriocq; iubeat aliquis autoritate præditus, verecūde obtempera, ne videare pro ciuili p̄efract⁹. Accūbens vtranq; manū super mensam habe, nō coniunctim, nec in quadra. Quidā enim indecorē, vel vnam, vel ambas habent in gressio. Cubito vel vtroque vel altero inniti mēse, senio morbōue lassis condonatur: idem in delicatis quibusdā aulicis, qui se decere putant quicquid agunt, dissimulandum est, nō imitandum. Interea cauendū, ne proxime accumbenti cubito, net ex aduerso accūben ti pedibus sis molestus. In sella vacillare & nunc

## MORVM PVERILIVM.

nunc huic nunc alteri nati vicissim insidere,  
speciem habet subinde ventris flatū emittē-  
tis, aut emittere conantis. Corp⁹ igitur equo  
libramine sit erectū. Mantile si datur, aut hu-  
mero sinistro, aut brachio lœuo imponito.  
Cū honoratiorib⁹ accubitur⁹, capite pexo,  
pileum relinquīto, nisi vel regionis mos di-  
uersum suadeat, vel alicui⁹ autoritas preci-  
piat, cui non parere sit indecorū. Apud quas  
dā nationes mos est, vt pueri stantes ad ma-  
iorum mensam capiant cibū extremo loco  
relecto capite. Ibi nec puer accedat nisi ius-  
sus, ne hēreat vſq; ad cōuiuī finē, sed sum-  
pto quod satis est, sublata quadra sua, flexo  
poplite salutet cōuiuas, p̄cipue q̄ iter cōuiuas  
ē cæteris honoratior. A dextris sit poculū &  
cultellus escari⁹ ritè purgat⁹, ad lœuā panis.  
Panē vna vola pressū, suīnis digitis refringe-  
re, quorundā aulicorū delicias esse sinito, tu  
cultello seca decēter, nō vndiq; reuellēs cru-  
stū aut vtrinq; resecans: delicatōrū hoc est.  
panē veteres in omnib⁹ cōuiuīs ceu rē sacrā  
religiose tractabant, vnde nunc quoq; mos  
relictus est, eū fortè delapsum in humum ex-  
osculari. Conuiuium statim a poculis auspi-  
cari potorū est, qui bibunt non quod sitiant,  
sed quod soleant. Nec ea res solum moribus

D 2 est

## DE CIVILITATE.

est inhonesta, verū etiam officit corporis valetudini. Nec statim post sumptā ex iure of= fam, bibendū, multo min⁹ post lactis esum. Puero sæpius quām bis, aut ad summum ter in conuiuio bibere, nec decorū est, nec salubre. Semel bibat aliquandiu pastus de secūdo missu, præsertim sicco, deinde sub conuiuī finem, idq; modice forbendo, non ingur= gitando, nec equorum sonitu. Tum vinum, tum ceruisia, nihilo minus q̄ vinū inebriās, vt puerorum valetudinē lædit, ita mores de= decorat. Aqua feruidē conuenit ætati, aut si id nō patitur, siue regionis qualitas, siue alia quæpiā causa, tenui ceruisia vtitor, aut vino nec ardentī, & aqua diluto. Alioqui mero gaudentes hæc sequūtur præmia dentes ru= biginosi, genē defluētes, oculi lusciosi, men= tis stupor, breuiter seniū ante senectā. Ante= q̄ bibas p̄mane cibū, nec labra admoueas poculo, nisi prius mantili aut linteolo abstera= fa, præsertim si quis suū poculum tibi porri= git, aut vbi de cōmuni bibitur poculo. Inter= bibendum intortis oculis alios intueri illibe= rale est, quemadmodū & ciconiarū exem= plo ceruicē intergū reflectere, ne quid hæ= reat in imo cyatho, parum est liberale. Sa= lutantē poculo resalutet comiter, & admo= tis la=

## MORVM PVERILIVM.

Etis labris cyatho paululum libans bibere se  
simulet; hoc ciuili nugoni satis erit. Qui si ru-  
sticus vrgeat, polliceatur se tu responsurū,  
quum adoleuerit.

## SCHOLIA.

Non nisi lotus accumbæ.) Antiquitus enim ut autor  
est Plutarchus in Symposiacis, inter res sacras habebat  
mensa, & non tumultuanter, sed religione quadā,  
ad conuiuiū accedebant lotis manibus nō aliter, q̄ ad sa-  
crū epulum. Dicarisq; πυτοκόνδολον.) Erasmus in  
Chilia, πυτοκόνδυλον à Græcis uocari docet, hominē  
sordidū et impendio parcum, conflata dictione à πύ-  
ποντον, quod sordes eas significat, que in summis ungu-  
bus digitorū colliguntur et κόνδυλον articulū digi-  
torū. Quasi ob auaritiā ne tantillum sumptus faciat, ut  
tōnsori det nummulū qui repurget ungues. Talis Plau-  
tinus Euclio, sed hic tamen totondit, nisi quod præseg-  
mina collegit & abstulit. Aliquantulū relaxare uincula.) Stobæus ex Platone apud Iberos hoc non licuisse  
scribit. Vbi et mulieres et pueri zonæ mēsurā habebat,  
quā si eorū uenter capere nequibat magno uitio et pro-  
bro dabatur. Idem apud Gallos solitū fieri Strabo do-  
cet libro quarto. Interea cauendum ne proximo.) No-  
tat hoc nomine conuiuam quendam Martialis lib. 3.

Iacet occupato galbanatus in lecto,  
Cubitisq; trudit hinc & hinc conuiuas.  
Panem ueteres.) Hinc frequens hoc epitheton ἱερος

## DE CIVILITATE.

ꝝτΩ, Id est, sacer panis apud poetas. In humū exosculari.) Fortassis et hoc à ueteribus originem habet, qui illa quæ à mensa in terram caderent dijs inferis sacra putabant. Conuiuiū statim à poculis.) Plinius libro uigesimo tertio capite primo. Vinum ieiunos bibere nō uitio inuenito, inutilissimum est. Et libro decimoquarto capite uigesimo secundo idem hoc notat. Alibi uino deberi scribit, quod ante cibum homines & quod soli animalium non sittentes bibimus. Tum uinum tum ce-reuisia.) Plato hanc ob causam libro de republica secundo omnem uini usum pueris interdixit. Aqua feruidæ conuenit ætati. ) Vtpote potus saluberrimus & optimus testis Plinius libro decimoquarto capite uigesimo secundo. Alioqui mero gaudentes.) Vide Plinium libro codem, Antequam bibas.) Ne dicaris cum Glauco Plutarchi ἀγτον τιθη, id est, panem bibere.

Quidā vbi vix bene confederint, mox manus in epulas coniisciunt. Id luporum est, aut eorū qui de chytropode carnes nondum immolatas deuorant, iuxta prouerbiū. Primus cibum appositiū ne attingito, non tantum ob id quod arguit auidum, sed quod interdū cū periculo coniunctū est, dū qui feruidū inexplicatum recipit in os, aut expuere cogitur, aut si deglutiat adurere gulam, vtroque ridiculus æquo ac miser. Aliquantisper morandū, vt puer assuescat affectui tēperare. Quo consilio

## MORVM PVERILIVM.

Et filio Socrates ne senex quidem vnquam de primo cratere bibere sustinuit. Si cum maiorumibus accubit puer, postremus nec id nisi invitatus manum admoueat patinæ. Digitos in iussuenta immergere agrestium est, sed culetello fuscinaue tollat quod vult; nec id ex toto eligat disco, quod solent liguritores, sed quod forte ante ipsum iacet sumat: qd vel ex Homere discere licet, apud quem creber est hic versiculus.

Oī d' ἐπὶ ὀνείαθ' ἐτοιμα προκείμενα χεῖρας γάλλος

Id quoque si fuerit insigniter elegans, alteri cedat, & quod proximum est accipiat. Ut igitur intemperantis est in omnes patine plagas manum mittere, ita parum decorum patinam inuertere, quo veniant ad te lautiora. Si quis aliis cibis protexerit elegatorem, prefatus excusatiunculam recipiat, sed reselecta sibi portiuncula, reliquum offerat ei qui porrexerat, aut proxime assidenti communicet. Quod digitis excipi non potest, quadra excipiendum est. Si quis est placenta vel artocrea porrexit aliquid cocleari, aut quadra excipe, aut cocleari porrectum accipe, & inuerso in quadram cibo, cocleare reddito. Si liquidius est quod datur gustandū sumito, & cocleare reddito, fed ad mantile ex-

D 4 tersum,

## DE CIVILITATE.

tersum. Digitos vngtos vel ore prælingere, vel ad tunicā extergere pariter inciuile est, id mappa potius aut mantili faciendū. Integrōs bolos subito deglutire ciconiarū est, ac balatronū. Si quid ab alio fuerit resectum, inciuile est manū quadrāmū portigere, priusquā ille structor offerat, ne videare pripe-  
re, quod alteri pāratum erat. Quod porrigi-  
tur, aut tribus digitis, aut porrecta quadra  
excipiendum. Si quod offertur non congruit  
tuo stomacho, caue ne dixeris illud comici  
Clitiphonis, non possum pater, sed blande  
agito gratias. Est enim hoc vrbaniſſimū re-  
cusandi genus. Si perstat inuitator, verecū-  
de dicio aut non conuenire tibi, aut te nī-  
hil amplius requirere.

## SCHOLIA.

Id luporum est.) Hoc est, uoraciū: sic enim ωαροι= μιακῶς gulosoſ appellamus. Quid de clytropode.) Hoc prouerbiorum solet dici in homines intempestiuæ gulæ. Lege plura in Chiliadibus. Quo consilio Socra-  
tes ne senex quidē.) Proditū est Socratē nunq̄ de primo  
cratere bibere solitū, sed secundo seruare fitim. Vide  
prouerbium ἀγαθοδαιμονιστή. Οἴδεπόνειαθ.) Id est, Hi quidem in cibos coctos & appositos manūs  
mittebat. ἀλλῶς.

Appositasq; citis escas manib; rapiebant.

Multis

## MORVM PVERILIVM.

*Multis in locis carmen hoc apud Homerum extat.*

*Ac balatronū.) Ganeones ij, Ετ τραπεζης. Horatiano carmine nobiles sunt. Cae ne dixeris illud Comici.) Est in Heautontimorumēno.*

Discenda est à prīnis statim annis secundi ratio, non superstitiosa, quod quidam faciunt, sed ciuilis & commoda. Aliter enim inciditur armus, aliter coxa, aliter ceruix, aliter cratis, aliter capus, aliter phasianus, aliter perdix, aliter anas: qua de re sigillatum præcipere ut prolixum sit, ita nec operē precium. Illud in vniuersum tradi potest. Apitorum esse, omni ex parte quicquid palato blāditur abradere. Abs te semesa alteri porrigitere, parum honesti moris est. Panē prætosum iterum in ius immergere rusticā ē, Sicut & cibum mansum saucibus eximere, & in quadram reponere, inelegans. Nā si quid fortè sumptum est, quod deglutiri non expedit, clām auersus aliquo proīciat. Cibum ambesum aut ossa semel in quadrā seposita repetere, vitio datur. Ossa, aut si quid simile reliquū est, ne sub mensam abieceris, paumentum conspurcans, nec in mensæ stragulam proīce, nec in patinam repone, sed in quadræ angulum sepone, aut in discum qui apud nonnullos reliquijs excipiendis appos

Dwſ nitur

## DE CIVILITATE.

nitur. Canibus alienis de mensa porrigeretur cibum, ineptiē tribuitur: ineptius est illos in conuiuio contrectate. Qui putamen digitorum vnguis aut pollice repurgare ridiculū est: idem inserta lingua facere magis etiam ridiculū, cultello id fit decentius. Ossa dentibus arrodere caninum est, cultello purgare ciuile. Tres digitū salino impressi, vulgari ioco dicuntur agrestum insignia. Cultello sumendum est salis quantum satis est. Si longius abest salinum, porrecta quadra petendum est. Quadram aut patinam cui saccarū aut aliud suave quiddam adhæsit, lingua labere felium est, non hominum. Carnē prius minutim in quadra dissecet, mox addito pane simul aliquandiu mandat, priusquā trahiat in stomachum. Id non solum ad bonos mores, verum etiam ad bonam valetudinē pertinet. Quidam deuorant verius quam edunt, nō aliter quam mox, ut aiunt, abducendi in carcere. Latronum est ea tuburcinatio. Quidam tantum simul in os ingerunt, ut vtrinque ceu folles tumeant buccę, alijs mādendo ductu labiorum sonitum edūt porconum in morem. Nōnulli vorandi studio, spirat etiā naribus quasi præfocandi. Ore pleno vel bibere, vel loqui nec honestum est, nec tutū.

Vicissim.

## MORVM PVERILIVM.

Vicissitudo fabularū interuallis ditimat perpetuum esum: Quidam citra intermissionem edunt bibūntue, non quod esuriāt sitiantue, sed quod aliqui gestus moderari nō possunt, nisi aut scabant caput, aut scalpant dentes, aut gesticulentur manibus, aut ludāt cultello, aut tussiant, aut screent, aut expuant. Ea res à rustico pudore profecta, nōnullam infaniae speciem habet. Auscultandis aliorum sermonibus fallendū est hoc tēdij si nō datur oportunitas loquēdi. Inciuile est, cogitabūdum in mensa accumbere. Quosdam autem videas adeo stupentes, vt nec audiant quid alijs dicatur, nec se commedere sentiant & si nominatim appelles, velut ē somno excitari videantur. Adeo tot⁹ animus est in partinis. Inurbanum est oculis circumactis obseruare quid quisque comedat, nec decet in quenquam conuiuatū diutius intentos habere oculos: inurbanus etiam transuersim hirquis intueri, qui in eodem occumbūt late: inurbanissimum, retorto in tergum capite contemplari, quid rerum geratur in altera mensa. Effutire si quid liberius inter pocula dictum factumue sit, nulli decorum est, sedum puer. Puer cū natu maioribus accumbens nunquam loquatur, nisi aut cogat necessitas

## DE CIVILITATE

necessitas, aut abs quopiam inuitetur. Lepide dictis modice arrideat, obscene dictis ne quando arrideat, sed nec frontem cōtrahiat si præcellit dignitate qui dixit, sed ita vultus habitum temperet. vt aut non audisse, aut certè non intellexisse videatur. Mulieres ornat silentium, sed magis pueritiam.

### SCHOLIA.

Apitorum esse.) Marcus Apilius, unus & præcipius inter proceres gulæ, & ut Plinius ait, ad omnem luxum ingenio mirus, Rhomæ tempore Tiberij uixit, scientiam popinæ professus autore Seneca. Hic, ut legimus in Suida, ἐπὸς ἀσωτία νοή τολυτελεία μανιαὶ γυγιάδας ἀγγυγίς κανάλωσε ἐπὶ τῷ γαστρὶ. Hoc est, In luxu & in sumptuositate maximā argenti uim absumpsit. A quo proverbum Apitiæ cœnæ. Vide Cælium Rhodoginum libro quinto capite trigesimo. Canibus alienis.) Sunt quibus nunquam cœnare foris placeat, nisi & umbram & canem secum adducat, hos Theophrastus impudentes uocat, quo loco impudetiam depingit, οὐχὶ προσκαλεσάμενος τὸν ἀκόλαθον δύναι ἀτὸ τὴ τραπέζης ἄρας κρέας οὐχὶ ἄρτον, οὐ πέπρακτόν των πάντοι εὐωχὸς τιμε. Id est, Ad cœnam uotus asseclæ porrigere carnem & panem, quem è mensa omnibus insipientibus tollens, commede dicit charissime. Latronum est ea turbacimatio.) Ex Apuleio hoc sumptum uideri posset, qui libro

## MORVM PVERILIVM.

qui libro metamorphoseon sexto de latronibus ita nar-  
rat. Ecce confecto nescio quo graui prælio, latrones  
adueniunt onusti, prandioque raptim tuburcinato, ut  
aciebant, proficiisci gestiunt. Est autem tuburcinare ra-  
ptim manducare, teste Nonio.

Inciuile est cogitabundum in mensa accumbere. ) Ci-  
cero in Officijs. Tanta uis est & loci & temporis, ut  
si quis cum causam sit acturus, in itinere, aut in ambu-  
latione secum ipse meditetur, aut si quid aliud attentius  
cogitet, non reprehendatur. At hoc idem si in conuiuio  
faciat, inhumanus uideatur inscitia temporis. Trans-  
uersim hirquis intueri. ) Vergiliana imitatio in Palœ=  
mone. Transuersa tuentibus hirquis.

Mulieres ornat silentium. ) Teste Stophole in Aia-  
ce magistro. γυνταιξὶ κόσμοις ἡ σιγὴ φέρει. Id est.  
Mulieribus ornatum adfert silentium. Sed magis pue-  
ritiam. ) Non enim abs re dictum est ab Euripide.

Νέωδη φίγαρ μᾶλλον ἡ λαλῆμ πρέπει. Id est.

Iuueni taceri plus decet, quam saepe loqui.

Quidam respondent priusq; orationem  
finierit qui compellat, ita saepe fit, ut aliena  
respondens sit risui detq; veteri locum pro-  
uerbio, ἀμαρτ ἀπήκτουμ. Docet hoc rex ille  
sapientissimus, stultitiæ tribuens responde-  
re priusquam audias, non audit autem qui  
non intellexit. Si minus intellexit percon-  
tantē, paulisper obtitescat, donec ille quod  
dixit

## DE CIVILITATE

dixit sponte repetat. Id si non facit, sed responsum vrget, blande veniam prefatus puer, oret ut quod dixerat dicat denuo. Intellecta percontatione, paululum interponat moræ, deinde tum paucis respondeat; tum iucunde. In conuiuio nihil effutiendum, quod offuscat hilaritatem. Absentium famam ibi ledere piaculum est. Nec cuiquam illic suus refricandus est dolor. Vituperare quod appositorum est, incivilitati datur, & ingratum est conuiuatori. Si de tuo praebetur conuiuum, ut excusare tenuitatem apparatus urbani, ita laudare aut commemorare quanti singula constiterint, insuaue profecto condimentum est accumbentibus. Denique si quid à quoquam in conuiuio fit rusticus per imperitiam, ciuiliter dissimulandum potius quam irridendum. Decet compotationem libertas. Turpe est, sub dium, ut ait Flaccus, rapere, si quid cui super coenam excidit incogitantius. Quod ibi fit dicitur, vino inscribendū, ne audias, μισθονασυπόταρος. Si conuiuum erit quam pro puerili aetate prolixius, & ad luxum tendere videbitur, simul atque senseris naturae factum fastis aut clam, aut veniam praecatus te subducito. Qui puerilem aetatem adigunt ad inediā

## MORVM PVERILIVM.

inediam, mea quidem sententia insaniunt,  
neq; multo minus ij qui pueros immodico  
cibo diffariunt. Nā vt illud debilitat tene-  
ri corpusculi viriculas, ita hoc animi vim  
obruit. Moderatio tamen statim est discen-  
da. Citra plenam saturitatem reficiendum  
est puerile corpus, magisq; crebro quā co-  
piose. Quidam se saturos nesciunt, nisi dum  
ita distentus est ventriculus, vt in periculum  
veniant ne dirumpatur, aut ne per vomi-  
tum reiçiat onus. Oderunt libros qui illos  
etiam nū teneros coenis in multam noctem  
productis perpetuo sinunt assidere. Ergo si  
surgendum erit à prolixiore conuiuio, qua-  
dram tuam cum reliquis tollito, ac salutato  
qui videtur inter conuiuas honoratissimus,  
mox & alijs simul, discedito, sed mox redi-  
turus, ne videare lusus aut alterius parum  
honestæ rei gratia te subduxisse. Reuersus  
ministrato si quid opus erit, aut reuerenter  
mensæ assistito, si quis quid iubeat expe-  
ctans. Si quid apponis aut submoues, vide  
ne cui vestē iure perfūdes. Cādelā emunctu-  
r, prius illū ē mēsa tollito, qdq; emūctū est,  
protinus aut harenæ immergito, aut soleæ  
proterito, ne quid ingrati nidoris offen-  
dat nares. Si quid porrigis infundisno,  
læua id

## DE CIVILITATE

Iæua id facias caueto. Iussus agere gratias,  
compone gestus, paratum te significans do=  
nec silentibus conuiuis dicendi tempus ad=  
fuerit. Interim vultus ad conuiuio præsiden=  
tem reuerenter versus sit & constanter.

## SCHOLIA.

ἄμας ἀπήτου. ) Id est, falces petebā, aliis for=  
tè non intelligens, negebat se habere ligonem, respon=  
dens quod nihil ad rem attinere, consule Chiliades. Do=  
cet hoc rex ille sapientissimus. ) Proverbiorū decimo=  
octauo. Sub diuī, ut ait Flaccus. ) Est apud Horatii  
libro primo. Odarum carmine uigesimo octauo in  
quo Bacchum alloquitur, non uelle se secreta eius in=  
uulgum proferre.

Non ego te candide Bassareu.  
Inuitum quatiam, nec uarijs obsita frondibus.  
Sub diuī rapiam.

Bassareus, Bacchus dicitur à uestibus bacchantium  
mulierum in Tracia, quas Βασάρας appellabant te=  
ste Hesychio. Μισῶ μνάμονασυμπόταρ. ) Id est,  
odi memorem compotorem, Dorica dialectico pro μι=  
σῷ μνάμονασυμπότῳ. Solet dici in illos qui ami=  
corum dicta liberius inter conuiuandum mox eliminat,  
hæc enim non oportet proferre, imò ne omnino quidē  
reminisci. Pindarus uates in Nemeis hymno decimo  
symposiū silentio gaudere recinit, ήσυχίαρ δὲ φιλεῖ  
μηδ συμπόσιον. Et Stobæus in collectanæis, titulo  
de absti=

## MORVM PVERILIVM.

De abstinentia & temperantia ex Antisthene refert  
Baccho, hoc est, conuiuorum præsidi vāgθκα &  
λάθας, id est, ferulam & obliuiones propterea con-  
secratas, tanquam non oportunum mensæ delictorum  
obliuisci. Et Pindarus hymno primo Olympiorum  
Tantulum tantas pœnas pati autumat, quod deorum  
mysteria inter conuiuandum dicta, euulgauerat. Hoc  
& docet Galli epigrammatarij carmen quod in ima-  
ginem Tantali scriptum est, cuius duos postremos uer-  
sus adscribere non absurdum existimo.

πίνελέγει τὸ τόρευμα κήργια μάνθανε σικῆς.  
Οἱ γλώσσαι προωτεῖς ταῦτα κολοζόμεθα.

Hæc pictura monet, legum bibe docte tacendi  
Garrulus hac pœna est afficiendus homo.

Moderatio statim discenda est.) Vide Gellium cap. 19.  
lib. 4. Et apud Ciceronem optimum est præceptum  
Catonis. Tantum cibi & potionis adhibendum, ut re-  
ficiantur uires non opprimantur. Phocylides etiā poc-  
ta sanctissimus modū hic probat.

Μέτρῳ μέτροι φαγέψῃ πιεῖη ιοὺς μυθολογεύειν.  
Edere mensura & bibere ac tu fare memento.

## DE CONGRESSIBVS.

Si quis occurserit in via, vel senio ve-  
nerandus, vel religione reuerendus, vel dig-  
nitate grauis, vel alioqui digno honore, me-  
minerit puer de via decedere, reuerenter a-  
perire caput, non nihil etiam flexis popliti-  
bus, Ne

DE CIVILITATE.

bus. Ne vero sic cogitet, quid mihi cum ignoto, quid cum nihil unq̄ bene de me meritos. Non hic honos tribuitur homini, nō meritis, sed deo. Sic deus iussit per Salomonē, qui iussit assurgere cano. Si per Paulum qui presbyteris duplicatum honorem præcipit exhibere, in summa, omnibus præstare honorem quibus debetur honos, complectens etiam Ethnicum magistratum: & si Turca, quod absit, nobis imperet, peccaturi simus. si honorem magistratui debitum, illi negemus. De parentibus interim nihil dico, quibus secundum deum primus debetur honos. Nec minor præceptoribus, qui mentes hominum quodammodo dum formant, generant. Iam & inter eequales illud Pauli locum habere debet, honore inuicem præuenientes. Qui parem aut inferiorem honore præuenit, non ideo fit ipse minor, sed ciuilior, & ob id honoratior. Cum maioribus reuerenter loquendum & paucis, cum æqualibus amanter & comiter. Inrer loquendum pileum læua teneat, dextra leuiter admota umbilico aut quod decentius habetur, pileum vtracq; manu iuncta suspensum, pollicibus eminentibus, tegat pubis locum. Librum aut galerum sub axilla tenere rustici⁹ habetur. Puz

## MORVM PVERILIVM.

tur. Pudor adsit sed qui decoret, non qui reddat attonitum. Oculi spectent eum cui loqueris, sed placidi simplicesq; nihil procax improbumue præ se ferentes. Oculos in terram deicere, quod faciunt catoblepæ, malæ conscientiæ suspicionem habet, Trāsuerſim tueri, videtur auersantis. Vultum huc illuc voluere, leuitatis argumentum est. Indecorum est interim vultū in varios mutare habitus, vt nunc corrugetur nasus, nunc contrahatur frons, nunc attollatur supercilium, nunc distorqueantur labra, nunc diducatur os, nunc prematur, hęc anitum argunt Protei similem. Indecorum & illud, concusso capite iactare comam, sine caufa tussire, screare quemadmodum & manus cabere caput, scalpere aureis. emungere nasum, demulcere faciem, quod est veluti pudorem abſtergentis, suffricare occipitum, humeros adducere, quod in nōnullis videmus. Italis. Rotato capite negare, aut relucto accersere, & ne persequar omnia, gestibus ac nutibus loqui, vt virum interdum deceat, puerum minus decet. Illiberale est iactare brachia, gesticulari digitis, vacillare pedibus, breuiter non lingua, sed toto corpore loqui, quod tutturum esse fertur, aut motacillarum, nec

E 2 multum

## DE CIVILITATE.

multum adhorrens à picarum morib⁹. Vox  
sit mollis ac sedata, non clamosa quod est  
agricolarum, nec tam pressa, vt ad aures ei⁹  
cui loqueris non perueniat. Sermo sit non  
præceps, & mentem percurrens: sed lentus  
& explanatus. Hoc etiam naturalem batta-  
tismum, aut hæsitantiam, si non in totum  
tollit, certè magna ex parte mitigat, quum  
præcipitatus sermo multis vitium conciliet  
quod non dederat natura. Inter colloquen-  
dum subinde titulum honorificum ei⁹ quem  
appellas repetere ciuitatis est. Patris ac  
matris vocabulo nihil honorificentius, nihil  
dulcius: Fratri⁹ sororisue nomine nihil ama-  
bilius. Si te fugiunt tituli peculiares, omnes  
eruditi sint tibi præceptores obseruandi,  
omnes sacerdotes ac monachi, reuerendi  
patres, omnes æquales, fratres & amici, bre-  
uiter omnes ignoti domini, ignotæ dominæ,  
Ex ore pueri turpiter auditur iufiurandum,  
siue iocus sit, siue res seria. Quid enim tur-  
pius eo more, quod apud nationes quasdam  
ad tertium quodq; verbum deierant etiam  
puellæ, per panem, per vinū, per candelam,  
per quid non: Obscenis dictis, nec linguam  
præbeat ingenuus puer, nec aures accom-  
modet. Deniq; quicquid inhoneste nudatus  
oculis

## MORVM PVERILIVM.

oculis hominum, indecenter ingeritur auribus, Si res exigat, vt aliquid membrum pendulum nominetur, circumitione verecunda rem notet. Rursus si quid inciderit, quod auditori nauseam ciere possit, veluti si quis narrat vomitum, aut latrinam, aut oletum, præfetur honorem auribus. Si quid refellendum erit, caue dicat, haud vera prædicas, præsertim si loquatur grandiori natu, sed præfatus pacē, dicat, mihi secus narratum est à tali. Puer ingenuus cū nemine contentionem suscipiat, ne cum æqualib⁹ quidem, sed cedat potius victoriam si res ad iurgium veniat, aut ad arbitrum prouocet. Ne cui se præferat, ne sua iactet, ne cuiusquam institutum reprehendat, aut ullius nationis ingenium moresue fuggillet, ne qd arcani creditū euulget, ne nouos spargat rumores, ne cuius obtrectet famę, ne cui probro det vitium natura insitum. Id enim non solum consumeliosum est & inhumanum, sed etiam stultum, veluti si quis luscum appellet luscū, aut loripedem loripedem, aut strabum strabum, aut nothum nothum. His rationibus sicut ut siue inuidia laudem inueniat, & amicos paret. Interpellare loquenter in antequam fabulam absolverit, inurbanum eit.

E 3      Cum

## DE CIVILITATE

Cum nemine simultatem suscipiat, comitatem exhibeat omnibus, per paucos tamen ad interiorem familiaritatem recipiat, eosque cum delectu. Ne cui tamen credat quod tacitum velit Ridiculum enim est ab alio silentij fidem expectare, quam ipse tibi non praestes. Nullus autem est adeo linguae continentis, ut non habeat aliquem, in quem transfundat arcanum. Tutissimum autem est nihil admittere, cuius te pudeat si proferatur. Alienarum rerum ne fueris curiosus, & si quid forte conspexeris audies, fac, quod scis nescias. Literas tibi non oblatas lumen intueri parum ciuile est. Si forte praesente scrinium suum aperit aliquis, subducito te. Nam inurbanum est inspicere, contrectare aliquid inurbanus. Item si senseris inter aliquos secretius oriri colloquiū, submove te dissimulanter, & in eiusmodi colloquium ne temet iugeras non accitus.

### SCHOLIA.

Vel senio uenerandus.) Iuxta praeceptum illud Graecorum.

Αἰδηίδης τολιοκροτάφες, εἴκαις δὲ γέργασιν  
Εδέκει γεράων πάντων. Id est.

Tu canos uenerare senes cede honoribus atque  
Sedibus his.

Sic per

## MORVM PVERILIVM.

Sic per Paulum.) Prima Timothei quinta. Illud Pat<sup>m</sup>  
li locum habere. Ad Rhomanos capite duodecimo.

Librum aut galerum sub axilla.) Horatius libro epi=  
stolarum primo, Vinnio cuidam negotium dat perfe=  
rendorum suorum librorum ad Augustum, sed hoc  
mandato.

Simul ac peruenoris illuc.

Sic positum seruabis onus, ne sorte sub ala.

Fasciculum portes libroru<sup>m</sup>, ut rusticus agrum &c.

Quod faciunt Catoblepæ.) De hac bestia ita Pli=nius lib. 8. cap. 21. In Aethiopia fons est Nigris, iux=ta hunc fera appellatur Catoblepas, modica alioquin cæterisq; membris iners, caput tantum graue egre fe=rens, id deiectum semper in terram. Habet autem hoc animal ex ipso re nomen, nam Græcis κάτω deorsum & ad terram uersus significat, βλέπειν uero uidere. Protei similem.) De Proteo lege quartum librum Ge=orgicōn & quartum ὄδυσσεια. Homericæ. Tur=turum esse fertur.) Turtures etiam postica parte lo=quaces, ut testantur collectanea adagiorum Græca, & Erasmus in Chiliadibus. Motacilla auicula notissima caudam semper quatiens, σερόγις à Græcis appellat=atur. Battarismum.) Id est, Balbutiem & hæsitan=tiam impedimentumq; lingue, ἀτὸ τὸ Βατταζίζειν, quod est balbutire, uide Chiliades. Sed cedat potius ui=ctoriam.) Consultius erit hoc, taceo prudentius si Et=ripidis credendū est uersibus, quos citat Plutarchus...

## DE CIVILITATE.

Δυοῖν λεγομένοιν θατέργθυμαχεύς,  
Ομήλητείνωρ τοῖς λόγοις σοφώτερός.  
Hoc est, duobus contendentibus altero irato, qui non  
repugnat uerbis est prudentior. Ne cui tamen credat,  
quod tacitum esse uult.) Nihil enim enim difficilius,  
ut dicere solitus Aristoteles, quam σωπᾶρ δέ μη  
λέγειν. Id est est, tacere, quæ non oportet dicere.

## DE LVS.

In lusibus liberalibus adsit alacritas,  
absit peruicacia rixarum parens, absit do=  
lus ac mendacium. Nam ab his rudimentis  
proficitur ad maiores iniurias. Pulchrius  
vincit qui cedit contentioni, quam qui pal=  
lām obtinet. Arbitris ne reclamita. Si cum  
imperitoribus certamen est, possisq; sem=br/>per vincere, nonnunq; te vinci patere, quo  
ludus sit alacrior. Si cum inferioribus lu=br/>ditur, ibi te superiorem esse nescias. Animi  
caussa ludendum est, non lucri gratia. Aiūt  
puerorum indolem nusq; magis apparere,  
quam in lusu. Si cui ad dolos, ad menda=br/>cium, ad rixam, ad iram, ad violentiam,  
ad arrogantiam propensius ingenium, hic  
emicat naturæ vitium. Proinde puer inge=br/>nuus non minus in ludo quam in conuiuio  
sui similis sit,

Scholia

## MORVM PVERILIVM. SCHOLIA.

In lusibus liberalibus.) Id est, honestis. Aliunt puerorum indolē nusquā magis.) Putat et hoc Quintilianus libro primo capite quarto. Mores quoq; inquit, interludendum simplicius se detegunt. Neq; adeo puerorum mentes solum in ludicris perspiciuntur, uerum etiam lusus uiros quales intus sunt aperit, & tanquam conspiciendos præbet: testantur hoc epigrammate quodam Græci, quod quia ἀνὴ γραμματικῶταον, hoc est, lepidissimum est, meminimus & adscripsimus, quibus autem hæc Græcorum rhapsodia stomachum facit, consilio nostro transmittat.

Ἐζόμεν Θ μὴ τῇδε ωρᾶς ἐυλάβῃ τραπέζη  
παιγνία κινήσις τερπνὰ βολοκτυσίκε.  
Μήτε δὲ νικήσας μεγαλύζεω, μητὸς ατολφθείσ  
Αχνυσο, πώλιγκη μεμφόμην Θ; βόλιδα.  
καὶ γάρ ἀν σμικροῖσιν Θ διαφαίνεταινδρός  
καὶ κύεε Θ ἀγέλδενθ Θ ἔχεφροσύνης.

Quæ sic ruditer transcripta sunt.

Nostra placet dum mensa loquax, abacoq; delectat.  
Rem gerere, & iactus ludere multiplices.  
Si superas gloriare caue, si uictus abibis  
Non doleat, talis nec maledic leuibus  
Rebus in exiguis animus cognoscitur, omne &  
Ingenium mentis parua tabella notat.

DE CUBICULO.  
In cubiculum laudatur silentii & verecū.  
E g dia, Cer-

DE CIVILITATE.

dia. Certè clamor & gartulitas indecora est, multo magis in lecto. Siue cū exuis te, siue cum surgis, memor verecundiae, caue ne quid nudes aliorum oculis, quod mos & natura tectum esse voluit. Si cum sodali lectum habes communem, quietus iaceto, neq; corporis iactatione vel teipsum nudes, vel sodali detractis pallijs sis molestus. Priusq; reclines corpus in ceruical, frontē & pectus signa crucis imagine, breui precatiūcula temet Christo commendans. Idem facito quū manē primum temet erigis, à precatiuncula diem auspicans. Nō enim potes ab omnine feliciore. Simul ac exoneraueris aluum, ne quid agas, nisi prius lota facie manibusq; & ore proluto. Quibus contingit bene nasci, his turpe est generi suo non respondere moribus. Quos fortuna voluit esse plebeios, humiles aut etiam rurestres, his impensius etiam adnitendum est, vt quod fors inuidit morum elegantia pensent. Ne mo sibi parētes aut patriam eligere potest, at ingenium moresq; sibi quisq; potest fingerē. Colophonis vice addam præceptiunculam, quæ mihi videtur propemodum primo digna loco, Maxima ciuitatis pars est, quū ipse nusquam delinquas, aliorū delictus facile

## MORVM PVERILIVM.

facile ignoscere, nec ideo sodalem minius habere, charum, si quos habet mores inconditores. Sunt enim qui morum ruditatem, alijs compensent dotibus. Neque hæc ita præcipiuntur quasi sine his nemo bonus esse possit. Quod si sodalis per inficiam peccet in eo sane, quod alicuius videtur momenti, solum ac blande monere ciuitatis est.

Hoc quicquid est muneris HENRICO fili charissime, vniuerso puerorum sodalitio per te donatum esse volui, quo statim hoc congiario simul & commilitonum tuorum animos tibi concilies, & illis liberalium artium ac morum studia commendes. Praeclaram indolem tuam Iesu benignitas seruare dignet, semperq; in melius prouehere. Datum apud Friburgum Brisgoiae, mense Martio.

ANNO M. D XXX.

## SCHOLIA.

At ingenium.) Hoc est, quod dixit Tullius. Ipsa autem quam personam gerere uelimus, à nostra uoluntate proficiuntur.

Colophonis uice addam.) Id est, tanq; rem maxime necessariam. Vide proverb. Colophonem addidit. Maxime neceſſe

DE CIVIL. MORVM PVERIL.  
xime necessariam. Vide prouerb. Colophonem addi-  
dit. Maxima ciuitatis pars est.) Non retinentur  
amici nisi eorum mores ac errata tolerare sciamus;  
quare docte sanè ut omnia præceptum est à Græcis,  
φίλας τρόπας γίνοσκε, μισθίσκε δὲ μή. Qui  
senarius ita ἐπ τοῖς Porphyrionis uersus est. Mores  
amici noueris non oderis. Et Horatius nō uult amicum  
qui non uitia cū uirtutibus æquo libramine examinet.  
Ideo autem uitijs amicorum debemus ignoscere, ut illi  
uicissim nostra ferre discant. Vitijs enim nemo sine na-  
scitur. Optimus ille est, qui minimis urgetur. Hoc  
quicquid est.) ἐπίλογος est commentarioli. Hoc con-  
giario simul. ) Congiarium dicebatur, quod ab impe-  
ratoribus liberalitatis caussa, & ultra solitum stipen-  
dium militibus ab imperatore dabatur, quo sibi eorum  
animos, tanq; auctario quodam conciliarent. Hero-  
dianus, λαμπράς ή μεγαλοφρόνας ἐπι-  
δόσεις uocat, id transpositum splendidas et  
magnificas additiones sonat. Et huc usq;  
scholia nostra, in usum puerorū quo-  
rundam tumultuarie adiecta, pro-  
traximus: semper & libentes  
emendaturi, si quid à ua-  
rietate iudiciorum  
desideretur.

FINIS.

## MORVM PVERILIVM.

ΜΑΝΙΟΣΥΝΗΣ ΙΘΕΙ<sup>ς</sup> ΡΗΤΟΡ<sup>ς</sup> ΕΓΙΓΔΟΥ<sup>ς</sup> ΖΟΙΟ<sup>ς</sup> ΖΥΓΑΤΕΡΙ<sup>ς</sup>  
ΜΟΥΣΑΙ ΠΙΕΡΙΔΕΙ<sup>ς</sup> ΜΕΓΑΛΩΝ<sup>ς</sup> ΜΟΙ<sup>ς</sup> ΑΓΛΑΟΦΗΜΟΙ  
ΘΥΝΤΟΙ<sup>ς</sup> ΟΙΣΚΕ ΠΑΡΗΤΕ ΖΟΘΦΝΟΤΑΤΑΙ ΠΟΛΥΜΟΡΦΟΙ<sup>ς</sup>  
ΠΑΣΚΕ ΠΑΙΔΕΙ<sup>ς</sup> ΑΡΕΤΗ<sup>μ</sup> ΓΕΝΝΩΣΑΙ ΆΜΕΜΠΤΟΙ<sup>μ</sup>  
ΘΡΕΠΤΗΡΑΙ ΦΗΧΗ<sup>ς</sup>, ΔΙΑΝΟΙΑΣ ΖΡΗΣΟΔΙΤΕΡΑ<sup>ς</sup>  
ΚΑΙ ΝΟῦ ΕΥΔΙΑΧΑΤΟΙ<sup>ς</sup> ΚΑΘΗΓΗΤΕΡΑΙ ΆΝΑΣΑΙ<sup>ς</sup>  
ΑΙ ΤΕΛΕΤΑΣ ΘΥΝΤΟΙ<sup>ς</sup> ΑΝΕΔΕΙΞΑΤΕ ΜΥΣΙΠΟΛΕΥΤΟΥ<sup>ς</sup>  
ΚΛΕΩ<sup>ς</sup> ΤΕΝΤΕΡΠΗΤΕ. ΖΑΛΦΑΤΕ ΜΕΛΠΟΜΕΝΗΤΕ  
ΤΟΡΤΙΧΩΡΗ<sup>ς</sup> ΤΕΡΑΤΩΤΕ ΠΟΛΥΜΗΙΑ<sup>τ</sup> ΟΥΡΑΛΗ<sup>τε</sup>  
ΚΑΙ ΛΔΟΠΗ, ΞΥΝΛΛΗΤΡΙ<sup>ς</sup> ΙΘΕΙ<sup>ς</sup> ΕΥΔΙΑΧΑΤΗ ΖΕΔΑ<sup>ς</sup> ΑΓΝΗ<sup>ς</sup>  
ΑΛΛΑ<sup>ς</sup> ΜΟΛΕΤΕ ΖΕΔΑΙ<sup>ς</sup> ΜΥΣΑΙ<sup>ς</sup> ΖΟΛΥΠΟΙΚΙΛΟΙ ΑΓΝΑΙ<sup>ς</sup>  
ΕΥΚΛΦΑΙ, ΖΗΛΟΕ<sup>ς</sup> ΤΕΡΑΤΟ<sup>μ</sup> ΠΟΛΥΜΝΟΡ<sup>ς</sup> ΖΥΟΥΣΑΙ.

## In Musas Orphei hymnus.

Pierides Musæ, celeberrima turba, tonantis  
Mente satæ memori, quarum undiq; nomina clarent  
O suaves hominum genijs, uotisq; uocatæ  
Supplicibus, uario præsentes numine, adeste.  
Munera uestra deæ uirtus et gloria uerax  
Quasq; artes agit humanæ uis feruida mentis  
Vos animi dulces etiam ueneramur alumnas  
Aethernum recti quibus insciuitis amorem  
Vestro animi uegetæ seruantur munere uires  
Vos operosa deum primæ solennia culta  
Fecistis tacito, sacrorum iusta docentes  
Cleioq; Euterpeq; Thaleiaq; Melpomeneq;  
Terpsichoréq; Eratoq; Polymniaq; Vraniaq;  
Colliope, et tu magnipotens, castissima mater  
Laudem, uirtutis deus immortale facete  
Multiplici ueneranda modo, pia nomina uati.







Sapientia carmine  
Verbum domini monit in eternum  
imt San 754382  
cau clesz  
L

Int. S. 754382  
cau clesz

AB 754382

ULB Halle  
003 012 115



3

811 Valerius  
pletate sacerdos



## Farbkarte #13

B.I.G.  
Farbkarte #13

